DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

EPILEPSIA.

Mr. Napier with the be[illegible]
compliments from the [illegible]
author

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
EPILEPSIA;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, SS.T.P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI Consensu;

Et NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE Decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

EDVARDUS CROASDAILE,
JAMAICENSIS.

Ad diem 24. Junii, horâ locoque solitis.

Causa latet, vis est notissima.
OVID. Met. L. iv.

EDINBURGI:
EXCUDEBANT C. STEWART ET SOCII,
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

M DCC XCIX.

C

ALEXANDRO DUNLOP,

GLASGUENSI,

INSIGNI CHIRURGIÆ SCIENTIA,

CLARISSIMO,

PEREXIGUUM HOC

ANIMI

MAXIMIS BENEFICII VINCULIS

OBSTRICTI,

TESTIMONIUM,

PALAM,

TRIBUIT,

EDVARDUS CROASDAILE.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS, DE EPILEPSIA.

AUCTORE EDVARDO CROASDAILE.

MORBORUM, quibus hominum genus opportunum eſt, nullus forſan ſæpius quàm Epilepſia medicinæ vires eluſit: non ſolum enim cerebro muneribuſque inde pendentibus damnum perenne, plus minus grave, ferè ſemper infert; ſed etiam vitam ipſam ſubitò interdum extinguit.

Dira ejus ſigna tantum interdum aſtantibus terrorem incutiunt, adeoque ſupra naturæ vires poſita videntur, ut antiquitùs numinis irati effec-

tus habita fuerint. Hinc nomen *Morbus ſacer*, quo quidem, qui in ſacroſanctâ ſcripturâ *Dæmoniaci* appellantur, laborâſſe videntur.

Malum enim inveteratum, et ſolitò gravius efferam inſaniam, quæ miſeros, paroxyſmorum etiam intervallis, nunquam deſerit, interdum comitari obſervatur.

Plura alia nomina eidem ab Antiquis indita ſunt; morbus, nimirum, *comitialis*; morbus *ſonticus*; morbus *caducus*; morbus *puerilis*; apud Celſum morbus *major* audit: porrò morbus *Herculeus*, quòd Hercules eodem laborâſſe, creditum eſt; vel potiùs, innuente Galeno, quo ingens mali gravitas ſignificaretur, nominari ſolebat. Num hæc affectio morbis acutis, aut vetuſtis annumerandus ſit, acriter inter veteres diſputatum eſt: Hi illis, illi his; alii utriſque, accenſuerunt *.

Epilepſia rectè a Culleno definitur,

"Muſculorum convulſio cum Sopore †."

HISTORIA

* Arctæus Capp.

† Synop. Noſol. Method. T. II. G. LIII.

HISTORIA.

Forma, quâ hæc affectio in diverſos impetum facit, parum quidem variatur. Epilepſiâ idiopathicâ, ſeu exquiſitiore mali ſpecie, æger nullo interdum tentationis prænuncio ſigno, ſæpius autem vertigine, viſus, auditus, et olfactus, depravatione, et perſæpe ſenſu cujuſdam in aliqua membrorum, aut corporis trunci, parte moti, prægreſſis, ſubitò humi ſternitur.

Aeger modò flabro, modò vapori gelido, modò fluido, et ſaepe inſectis, ab aliqua remota corporis parte repentibus, hunc ſenſum peculiarem confert, qui ſimul ac aliis cor, aliis caput, attigit, Epilepſiæ tentationem concitat. Hic ſenſus eſt qui ab ſcriptoribus Aura dicitur Epileptica.

Haec in immani conſiſtit omnium ferè motus voluntarii muſculorum, mobiliſſimorum praeſertim, diſtortione, quae alternâ capitis elatione, humilitate, et rotatione, inſignitur; oculis ſaepe ſimul horrendum volutis, ſaepius autem immobilibus,

libus, ita ut tunica *albuginea* ſola per palpebras ſemiapertas conſpici poſſit.

Hic quidem effectus, poſtquam cauſa, unde proximè pendet, agere ceſſat, ſaepe permanet; aegerque interdum, rariùs quidem licèt, per vitam reliquam ſtrabo fit.

Alii ſimul oris muſculi ſpaſmo rigentes riſum exhibent *ſardonicum*, qui cum clonico plurium genarum, et praeſertim maxillae inferioris muſculorum, ſpaſmo alternantur.

Dentes interdum ingenti, quâ hi muſculi contrahuntur, vi, labefacti ex alveolis truduntur, et interdum, quamvis hoc rariùs fiat, ipſa maxilla luxatur. Aretaeus pueri exemplum, cui maxilla inferior ex hac cauſa, partem anticam verſus, luxata eſt, literis tradidit. Malum, oſſe, finito morbi impetu, in artus non reducto, per totam complurium quidem annorum vitam immedicabile manſit *.

In omni ferè genuinae Epilepſiae exemplo, aeger albidam et ſpumeam ore et naribus effundit

* De cauſ. et ſig. morb. acut. Lib. I. Cap. V. Pars. I.

dit materiam, adeo interdum viſcidam, ut ſilatim diſtrahi queat. Haec ſaepe ſanguine a linguâ, ingenti muſculorum vi exſertâ, tumeſcente, et dentibus ſaeviter ſauciatâ, profluente, terribile viſu, tingitur. Artus quoque gravi convulſione agitantur, adeo ut eorundem flexura, extenſio, aliique motus et ſitus mirandi, brevi quidem fiant: Pollex praeſertim vehementius convellitur, et volam verſus plerumque trahitur, quod impetûs gravioris ſignum haberi poteſt. Hac convulſiones leviter aliquamdiu remittunt, ſubitò, et magnâ vi iterum rediturae: Artus verò interdum, convulſionum vice, rigeſcunt, aegerque, ſtatuae inſtar, immobilis fit. Internae quoque corporis partes ſpaſmis graviter affici videntur: hoc ex ſpiritu difficile, ructu, vomitione, ventris murmure, ſtercoris et urinae, aegro inſcio, dejectione, ſeminiſque emiſſione, haud raris tentationis comitibus, patet: hi quidem effectus malè, me judice, muſculorum, quorum eſt oſtia claudere, paralyſi tributi ſunt: ſpaſmo enim muſculorum acceleratorum potiùs imputandi videntur.

Spirandi

Spirandi difficultas ad rhonchum ufque aucta quae ftrangulationem minitatur, totius paroxyfmi comes eft : nec raró cor graviùs palpitat.

Venae per totum corpus admodum tumidae funt : facies plerumque, praecipuè circa labia, et oculos, livefcit, aut fubcaerulea fit, tentationis finem verfus livida aut nigra evafura.

Arteriarum conditio vitalia, per totum mali impetum, infigniter turbari indicat : hoc ineunte, arteriae celeriùs et exiliùs micant, inclinato, et finem verfus, pleniùs, tardiùs, ac languidiùs, digitum feriunt. Laryngis mufculi fpafmis a paroxyfmi initio ufque convelluntur : hinc ingens faepe aegro corruenti clamor erumpit.

Horrenda ifta fignorum caterva, ubi vitam non abrumpit, interdum paucula tantum minuta, faepius autem horae quadrantem, aut femiffem, commorata, paulatim remittit : tempus autem, quod durat, in diverfis exemplis, admodum diverfum eft. Remiffionis indicia funt fpiritus liberior, mufculi laxati, et fudor prorumpens; quos altus excipit fopor, ei, qui nervorum refolutione afficiuntur, confimilis : ex hoc aeger,

omnium

omnium paroxyſmi rerum neſcius, tandem expergiſcitur.

Membra autem jam, ut rectè obſervatum fuit, ab initio torpent; capitis gravitatem, aut dolorem debilem ac languidum, ſentiunt; pallor in ore ſedet; timore, et moeſtitia, prae fatigatione, et pudore, ex morbo oriundis, afficiuntur *.

Multis ſenſuum ſtupor et memoriae debilitas, inde nata ad inſigne tempus ſuperſunt: ſaepe autem evenit, ut aeger ad perfectam ſanitatem, juſtumque omnium functionum uſum, brevi reducatur.

Signorum narrationem perluſtrantes, quaedam graviſſimum mali impetum indicantia, ſeminis praeſertim jaculationem, invitamque ſtercoris et urinae dejectionem, memoravimus. Impetus noctu, quam diu, procliviùs fit, ſignaque, progrediente morbo, hujus cauſis, diverſiſque aegri rebus, haud parum variantur. Swietenius nonnullos, qui paroxyſmo quotannis afficiebantur vidiſſe ſe narrat. Alii bis anno, vere, ſcilicèt, et autumno,

* Arctæus loco citato Cap. V. p. 3.

autumno, alii semel mense, et alii plenâ, et silente lunâ, vel bis mense, mali tentationem pati solent: alii denique, ut idem auctor refert, plures mali impetus eodem die experiuntur *.

Convulsiones unâ corporis parte interdum contentae sunt: hoc autem rarum est.

Hujus morbi effectus sunt modò mentis functionum laesio; modò nervorum morbi; aliàs affectiones spasticae, quae inflammationem, et etiam gangraenam, inducunt, aliàs apoplexiam; aeger denique aliquo cerebri vase ruptâ, improvisâ vi lethi rapitur.

DIAGNOSIS.

Nervorum distentio aliis morbis haud facilè plerumque confundi potest. *Paralysis* ab eadem musculis flaxidis et immobilibus, et praesertim viribus horum, qui motui voluntario inserviunt, deficientibus, facilè distinguitur.

Nec

* Commentar. Vol. X. p. 306.

Nec a Catalepſi, in qua licèt ſenſuum actio ſuſpendatur, corpus tamen eundem membrorum ſitum, quem, morbo invadente, habebat, conſtanter retinet, difficiliùs internoſcitur. Ab apoplexia ſopore alto et conſtante, qui ſenſuum, et motus voluntarii, ceſſationi accedit, dignoſcitur. Verum eſt quidem nervorum reſolutione affectos, aliis morbis laborantium inſtar, convulſionibus morte inſtante, agitari: hîc autem convulſiones affectionis cujuſdam primariae effectus ſunt. Tetanus, ſenſu ſuperſtite, ſaltem non abolito, facilè ab eadem ſecernitur.

Hyſteriae autem violentiori nervorum diſtentio intermiſceri maximè periclitatur; globi autem ſenſus ad ventriculum et fauces aſcendentis; urinae limpidae copia profuſa, hyſteriae impetum plerumque praegreſſa; convulſiones in morbo majori graviores longè, et generaliores; aetas aegrotantis, epilepſia enim plerumque ante pubertatem, hyſteria rariſſimè, invadit; animi affectus; in hyſteria mortis timor ferè perpetuus, et plerumque fletus, et riſus, ſine evidente cauſa, ſubitò ſe invicem excipientes; et denique oris

ſpuma et ſopor profundus, conſtantes morbi ſacri comites, utramque affectionem ſeparant.

At nihilo tamen minus, exempla interdum occurrunt, ubi utriuſque affectiones ſigna adeo ſibi invicem intermiſcentur, ut diagnoſis difficillima, immo interdum impoſſibilis fiat; hujuſmodi exempla Hyſteria Epileptica audit.

Hic loci animum ad Epilepſiam ſimulatam advertere haud abs re erit; ſaepe enim utrum affectio ſimuletur, necne, noviſſe proderit: hoc enim cognito, ne vera fiat, quod ſaepe evenit, caveri poteſt. Quoties quis in hujus fraudis ſuſpicionem venit, monemur ut lucernam, aliudve lumen ſplendidum ipſius oculis objiciamus, obſervantes ſimul num pupilla ſe contrahit, quod in epilepſia ſimulata plerumque fiet. Vel ſi, arteriarum pulſum rimantes, cutem unguibus acriùs vellicamus, dolor inde natus fraudem indicabit. Verâ autem epilepſiâ laborantibus tantus eſt ſenſuum torpor, ut etiamſi in ignem incidant, et caro ad os uſque uratur, nullus ſentiatur dolor. Hujuſmodi mihi caſum vidiſſe contigit, ubi aeger ad tempus inſigne paroxyſmo immunis evaſit, quod ingenti humorum

detractioni

detractioni, uſtione effectae, tribuendum videtur.

CAUSAE REMOTAE

ſunt occaſionales et praediſponentes: illae a Culleno in duas varietates diſtribuuntur; 1*mo*. nimirum, in eas quae cerebri vim rectà ſtimulando et excitando; et 2*do*. illas, quae eandem minuendo vel ſedando, agunt: illarum effectum *incitationem*; harum, verò, *collapſum* nominat *.

Cauſae, incitatione agentes, eae manifeſtè ſint oportet, quae effectus ſuos in cerebrum, nullâ aliâ re interveniente, edunt; vel hoc praeviâ aliae corporis partis incitatione, excitant. Quae primo modo malum concitant, eae ad quatuor capita retulit, quorum primùm ſunt,

Stimuli mechanici, quibus annumerantur omnia quotquot cranium ſauciant, et cerebrum penetrant, et irritant; cranii fracti fruſta, vel os in mucronem ex parietibus cranii interni, aut cerebri

* Firſt Lines, Vol. III. p. 350-351.

rebri membranis, excrefcens, eodem modo agentia *.

His accenferi debent vis externa, ictu; aut lapfu, capiti illata, fanguis extra venas effufus, ferum, aut acris materia, intra cranium, et denique quidem cerebri ipfius morbi.

2do. Stimuli Chymici: humores ex variis caufis in aliqua cerebri parte exiftentes, et ftagnando acres facti, quâdam actione chymicâ, paroxyfmo occafionem praebere poffunt.

3tio. Hi *animi affectus* qui incitatione agunt: gaudium, putà, et ira: illud cerebri vim validè et rectà excitare manifeftum eft: nec hanc quidem minus clarè eodem modo agere patet.

Huic caufarum capiti annumerandus effe videtur effectus, quem mali confpectus aftantibus, eandem nimirum affectionem, haud raró affert; et epilepfiam fimulatam tandem in veram mutat. Cullenus, quò hoc confirmet, ad *Exorcifmi*, atque *Quietifmi*, hiftoriam lectores provocat †. Imaginatio

* Firft Lines, Vol. III. p. 352-353.

† Idem, p. 355.

natio infigni in morbis, ante hallucinationem haud exiftentibus, non folùm fingendis, fed etiam revera inducendis, vi pollet.

Atrâ bile percitus, qui Boerhaavium audiebat, omni fe morbo, in Profefforis doctiffimi praelectionibus defcripto, affectum opinari folebat. Hujus viri imaginatio eò ufque aeftuabat, ut quibufdam ex cujufvis morbi, de quo ageretur, fignis, revera affici videretur *. Utrum hi effectus mirandi horrori, an merae imitationis vi tribuendi funt, parum quidem certum eft. Exemplum hoc genus maximè infigne, in Valetudinario Harlemenfi, florente celeberrimo Boerhaavio, evenit.

Puella in Valetudinario jam dicto perterrita, convulfionibus corripitur: undique vifum, aut in auxilium, accurritur; omnes dicto citiùs convelluntur. Contagio biduum vulgata, omnes ferè deinceps, quemque ex alio laborante vifo correptum, Valetudinarii pueros, puellafque, tandem exercuit. Valetudinarii medici convocati medicamenta, quae maximâ in fpafmis fedandis vi pollent,

* Zimmermann, p. 277.

pollent, fruſtra dant. Tandem Boerhaavius ipſe arceſſitur; vir ſagax, cauſâ, quae morbum vulgavit, perſpectâ, rationem, quâ imaginationem graviter afficeret, inire ſtatuit. Ideo plures fornaces, portatu faciles, carbone ardente, quo hami ferrei incandeſcerent, inſtructas, in diverſis Valetudinarii cubiculis, collocari juſſit. Aegrotantes ſimul nullam jam medicinam, quâ ſanari potuiſſent, praeter ferrum candens ſupereſſe, intentatam, certiores fecit; quo facto, famulantibus mandavit, ut quicunque, ſive puer, ſive puella, morbi tentatione primò corriperetur, ei brachium ferro candente ad os uſquè comburerent. Tantus omnes, hâc ſententiâ auditâ, invaſit pavor, ut redituro impetui, animo obfirmato feliciter reſtiterint.

4to. *Diſtentio nimia vaſorum cerebri*; hoc rectâ ſtimulando malum concitat: Cadaverum enim hoc morbo peremptorum inciſio, praegreſſi ſanguinis in vaſis cerebri congeſtus, indicia prodidit. Hujus congeſtus cauſae ſunt cerebri ipſius tumores, plenitudo totius corporis nimia. Bonetus exemplum hujus cauſae inſigne memoriae prodidit:

dit: Juvenis, nobili profapiâ oriundus, annum decimum tertium circiter agens, athletico plenoque corporis habitu praeditus, copiofè pranfus, et dein nimiâ corporis exercitatione, datatim ludendo ufus, fubitò convulfus corruit: Sanguis magna copia e naribus profluxit; quamvifque medendi ratio maximè idonea adhibebatur, iteratis, fedecim horarum fpatio, convulfionibus fublatus fuit. Cadavere incifo, vafa cerebri fanguinea admodum frigida, fanguifque extra eadem effufus, reperta funt *.

Calor magnus corpori aliquà, cubiculis, putà, calidis, infolatione diutinâ, morbum efficaciffimè concitant: hinc in regionibus, ubi calor aeftivus ingens eft, meffores faepe in agris inceffit. Ebrietas, mania, et quicquid fanguinis circuitum caput verfus praeter folitum feftinat, morbum itidem excitant.

Caufae, quae interveniente alius corporis partis incitatione, cerebri vim nimis excitando mali tentationi anfam praebent, funt admodum numerofae:

* Sepulch. Anat. Lib. 1. Sec. 12. T. 1. p. 294.

rosae: inter has eminet infantum dentitio, qui, dentibus per gingivas erumpentibus, nervorum distentione haud rarò corripiuntur; vermes intestinis hospitantes; calculi in renibus *, aut vesica; pus aut serum acre in cerebro, ejusve membranis, existentia †; aut acria quorundam, putà; morborum contagiones, in sanguinis massam diffusa; animi affectus; odores quidem, partium valde sensilium vulnera; pressus denique aliquà nervo insigni, aut tendini, illatus; hic aurae epilepticae causa interdum extitit; cujus insigne exemplum, exciso corpusculo cartilagineo, notabilem, cruris nervum comprimente, sanatum literis mandatur ‡.

Secundae stimulorum indirectorum divisioni metus; horror; sanguinis exinanitio, quae rarò exitium sine convulsionibus affert; venus nimia; moestitia; metus; terror; assidua et gravior animi, ingenio praestantis, intentio; mensium, haemorrhoidis, et urinae, suppressio;

* La Motte, Traité complet de Chirurgie. T. II. p. 416.

† Pisos. Observ. et concil. de morb. a seros. Colluv. Sect. 2. Part. 2. C. 7. p. 159.

‡ Edinburgh Med. Essays, Vol. IV. No. 27. p. 334.

ſio, aut difficultas; quibus accenſeri poſſunt inedia, crapula, dolor corporis acerbus, cardialgia, *affectio hyſterica*, variolarum contagio, podagra repulſa, et denique venena in corpus recepta, quae, quoties exitium afferunt, convulſionem violentiſſimam excitant.

Cùm multae ex cauſis jam enumeratis in corpus frequenter, nulla nervorum diſtentione concitatâ, agunt, cauſae quaedam praediſponentes neceſſariè exiſtant, jure colligamus oportet.

Harum praecipuae videntur;

1*mo*. Labes haereditaria; haec licèt ab avis, proavis, vel etiam atavis, non a parente proximo ad prolem deſcenderit.

2*do*. Nimia corporis plenitudo. Hanc corporis conditionem proclivitatem dare hinc patet, quòd pleniores ſaepe malo tentantur; eandemque cum corpore laxo ac debili conjunctum eſſe jure concluditur *.

* Cullen. ibid. p. 372.

3*tio*. Morbosa corporis mobilitas, quae, ex ingenitâ corporis conditione, plerumque pendet; et quibusdam aetatibus, prae caeteris, veluti mulieribus, circa pubertatis tempus, pueris, et ex quavis causa infirmatis, exquisitior est. Causarum praedisponentium haec quidem frequentissima est.

4*to*. Conditio corporis, nescio quam, somno effecta. Hujus rei ratio imprimis difficilis est; eandem tamen proclivitatem in epilepsiam multis dare, pro certo constat: hos enim dormientes aut semisomnes, solùm invadit.

Hic autem nodus sic forsan solvi potest. Somnum *excitabilitati* quae praegressi stimulatione diei exhauritur, reficiendae dicatum esse, inter medicos jam constat. Huic principio innixi facilè concipere possumus, quare morbus noctu saepe, aut mane, invadit; tunc enim *excitabilitas* haud parum necessariè augetur; in eodem igitur ultra modum incitandâ, stimuli multò majori vi his temporibus pollebunt.

5. Terror

5. Terror matri brevi ante aegrum natum, ex conſpectu morbo laborantis, et corruentis, incuſſus.

6. Argentum vivum caſu, aut de induſtria, corpori admotum morbum majorem haud raró concitaſſe, obſervatum eſt. Qui metallis deaurandis, aut hydrargyro, ex hujus vena vi ignis ſeparando, occupantur, hi ſaepe manuum tremore, paralyſi et nervorum diſtentione, horum malorum licèt antea prorſus immunes, corripiuntur.

7. Ingenii acumen. Hoc proclivitatem dare hinc patet, quòd morbus reconditiora animo ſecum diutiùs volutantibus interdum inceſſit.

8. Morbi conſuetudo, cujus vis cunctarum cauſarum praediſponentium eſt maxima.

CAUSA PROXIMA.

Hanc argumenti partem caliginoſâ nocte premi obſervandum eſt: ſatis igitur, cum nil proprium ſuppetit, clariorum auctorum ſententias meminiſſe habebo. Paroxyſmus a quibuſdam niſui

vis

vis musculosae voluntario tribuitur, qui fit, ut vis cerebri, dolorem levandi consilio, exhauriatur *.

Hoc autem nil aliud quàm mera hypothesis est. Alii sensum et motum ex diversis cerebri partibus oriri ponunt; hi cerebri vim paroxysmo laborantibus in nervis motui inservientibus vehementiùs augeri; his verò, unde sensus pendent, cessare, aut penitus aliquandiu deleri, hincque soporis, spasmorumque, rationem reddi posse, opinantur. Quaedam paralyseos phaenomena huic opinioni favere videntur; in illa enim, quarundam corporis partium motus penitus abolentur, dum sensus incolumis manet, et contrà sensus interdum prorsus amittitur, dum motus huic damno supersunt †.

Cullenus de proxima morbi majoris causa agens sic loquitur: "With respect to the proximate cause of this disease, I might say, that it is an affection of the energy of the brain, "which,

* Darwin Zoonomia, Vol. II. p. 329, &c.

† Van Swieten. Comment. Vol. X. p. 400.

" which, ordinarily under the direction of the " will, is here, without any occurrence of it, " impelled by preternatural causes. But I " could go no farther: For, as to what is the " mechanical condition of the brain in the ordi- " nary exertions of the will, I have no distinct " knowledge; and therefore must be also igno- " rant of the preternatural state of the same " energy of the brain under the irregular mo- " tions here produced.*

PROGNOSIS.

Qui judicium de hujus mali eventu ferret, is primò discernere debet, utrum idem idiopathicus, an symptomaticus sit. Si aeger annum vigesimum primum nòn impleverit; et mali impetus e manifesta causa excitante pendeat, nec saepe a morbo inchoato, invaserit; neque gravior fuerit; aut diu duraverit; idem, causâ sublatâ, radicitùs sanatum iri, jure expectamus

* First Lines. Vol. III. p. 349. 350.

mus. Morbus modò pubertate, modò eruptione ſuper cutem, modò febre intermittente, tollitur.

Si malum autem violentioribus animi affecti-bus, et praeſertim ejuſdem motu, in quem aeger eſt naturâ proclivior, concitetur; ſi aeger plus annos viginti licèt natus, infirmo corporis habitu ſit; ſi morbus, utcunque mitis, impetum ſaepius, praenuncio nullo hujus indicio praegreſſo, fecerit; ſi denique parentes eodem laboraverint, ſalus admodum improbabilis, ſi non penitùs deſperanda, videtur. Malum eſt itidem, ſi nervorum diſtentio annum vigeſimum primum circiter agentes adoritur; pejuſque adhuc ſi impetus frequentiores evaſerint: ſaepius enim iterati functiones animales labefactant, nec rarò fatuitatem inducunt: modò in melancholiam aut maniam, modò in apoplexiam lethalem, aut paralyſin deſinit.

Violentiores denique mali tentationes, longis intervallis disjunctae, multò minus periculi quàm mitiores ſaepius iteratae, habent.

RATIO

RATIO MEDENDI.

Morbus major, prout idiopathicus, aut ſymptomaticus fuerit, diverſa remedia poſtulat.

Quando ex alio manifeſtè pendet, de morbi primarii natura, et ſede, quae aliae aliàs ſunt, primò conſtare debet. Si vermibus vel acore primas vias irritantibus concitetur; illi medicamentis *anthelminticis ;* hic abſorbentibus et roborantibus, tolli debent. Dentitio malum infantibus ſaepe parit; hîc gingivarum inciſio, quippe qua harum dolori et irritationi dente erumpente motis, occurritur, votis bene reſpondet. In Epilepſia *ſympathica* primariae affectionis ſedes, aurae originem indagando, haud rarò inveniri poteſt: ſi e vitio organico pendeat, pars, ſi tutò fieri poteſt excidatur; ſin minus, morboſa irritatio veſicatoriis, fonticulis, vel etiam ferro candente, parti, ſi commode fieri poteſt, vel hujus vicinitati, adhibitis, ſummoveatur.

Si haec remedia expectationem fallant, vel adhiberi nequeant; et aura nervi, cui aditus pater, curſum

cursum sequitur, vel inde oriri videtur, nexus illum inter et cerebrum intercipiatur. Si aurae origo inveniri nequeat; si per membrum caput versus ascendere sentiatur; instrumentum chirurgicum, *Tournequet*, nimirum, supra membri partem, quâ aura ascendens primo percipitur, admotum, paroxysmum ingruentem saepius arcere, inventum est; et mali consuetudinem sic impediendo, ad idem radicitùs tollendum pertinere potest. In aliis denique epilepsiae symptomaticae exemplis remedia, pro primariae affectionis diversitate, diversa manifestè sint oportet.

Secundae morbi speciei, Epilepsiae, nimirum idiopathicae, curatio ex nostra causarum remotarum cognitione itidem pendet. Hic medendi consilia sunt duo, causarum scilicet excitantium seu occasionalium evitatio, et praedisponentium amotio et emendatio.

Causae occasionales, si modò cognoscuntur, facilè evitari queunt: cùmque haec faciendi ratio in promtu est, paucae quidem observationes sufficiunt.

Primo

Primò a nimia vaſorum diſtentione, quae ex morboſa totius corporis plenitudine pendet, et mobilibus praeſertim, venas turgere facit, ſedulò ab omnibus, morbo majori opportunis, caveatur. Graviores itidem animi affectus, quippe ſyſtematis nervoſi leges turbando, morbum ſaepiùs concitantes, diligenter evitandi ſunt. In multis quidem exemplis, ubi proclivitas in morbum neque tolli neque corrigi queat, cauſarum occaſionalium evitatione, rediturae tentationi occurri poteſt.

Nec quidquam majoris ad ſalutem recuperandam, quàm a frequentiori mali impetu cavere, momenti eſt.

Ad ultimam rei partem, proclivitatis, nimirum, in morbum amotionem, quod perfecta ejuſdem ſanatio audit, jam devenimus.

Ordo, quem ſequimur, duo itidem conſilia complectitur.

1*mo*. Morboſae mobilitati ex nimia corporis plenitudine oriundae occurrere.

2*do*. Caeteras mobilitatis, quae ex debilitate directa vel indirecta pendet, cauſas tollere.

Quod primum consilium attinet: si plenitudo adsit, regimine antiphlogistico, diaetâ praesertim idoneâ, et justâ corporis exercitatione tollenda est. Diaeta ex frugibus, et lacte constare debet. Idoneo harum rerum regimine malum saepe radicitùs sanatum fuit. *Fonticuli* etiam, huic quippe fini respondentes, haud rarò insigniter profuerunt. Antiqui fonticulos ferro candente vertici, seu occipiti, admoto, inurebant, cicatrice separatâ, humorum detractionem unguento stimulante parti adhibito per insigne temporis spatium perpetuabant: hâc ratione aeger saepe ad sanitatem redactus est. Hoc autem remedium rarò nunc dierum usurpatur: paucosque aegros, qui idem susciperent, si medici etiam experiri voluissent, reperiundos esse, credo. Ipse quidem commodum e vesicatoriis capiti admotis, constantique humorum ex parte exulcerata detractione diu sustentatâ, insigne provenisse vidi. *Setacea* cervici indita pariter profuerunt.

Sanguinis detractio anceps quidem, quippe obesitati favens remedium videtur: quoties autem totius corporis plenitudo urget, sanguinisque circuitus

circuitus caput verſus praeter naturam augetur; cujus indicia ſunt caput vehementiùs dolens, arteriae carotides, et temporales palpitantes, facies rubore ſuffuſa; praeſertim ſi haec ſigna definitis temporibus redeant, et plenitudinem minuendi ratio neglecta fuerit; ſanguis ex toto corpore, et etiam ex parte maximè laborante, detractus, ſaepe quidem profuit, ſolumque eſt auxilium, cui hîc confidi poteſt. Haec exinanitio maximè prodeſt, quando ex vaſis parti affectae proximis detrahitur: arteriae *temporalis*, et *occipitalis*, inciſio, antiquitùs multùm invaluit, et etiamnum a quibuſdam anteponitur: venae autem jugularis ſectionem, quippe quâ ſanguis pleniore rivo profunditur, et faciliùs ſiſti poteſt, haud minùs profutura, imo anteferenda, videtur: caveri autem debet, ne ſanguis ad animi deliquium uſque mittatur: hoc enim, ut vidimus, morbum non ſolum auget, ſed etiam non raró concitat.

Alvi purgátionem inſigniter ad corporis plenitudinem tollendam, praeſertim ubi abnormes ſanguinis diſtributiones caput verſus ſe produnt, conferre judicamus. Medicamenta refrigeratoria,

quae

quae alvum leniter movent, *ſoda* nimirum *tartariſata*, *ſoda phoſphorata*, *ſoda vitriolata*, aut *potaſſa tartariſata*, largâ aquae copiâ liquata, anteponi debent.

Vomitaria, quippe ſanguinis curſum caput verſus augentia, quod ſaepe morbo majori opportunis nocet, cautiſſimè dari debent: in periodicis autem exemplis, die uno, vel altero, ante acceſſum adminiſtrata prodeſſe, obſervatio docuit. Exemplum hujuſmodi juvenis, quem morbus ſemel menſe, plenâ ſcilicet lunâ, praegreſſo labii inferioris tremore, indicio vomitionis ferè praenuncio, invadere ſolebat, a Swietenio narratur; ſi vomitio, impetu urgente, libera eſſet, hic brevi deceſſit, tempore ſolito reverſurus. Vomitio mitis, triduo ante ſolitum mali acceſſum, ſingulis menſibus, idoneis medicamentis, mota, impetum arcebat: aegerque uſu roborantium ſemeſtri, et opio ſimul horâ ſomni dato, penitus convaluit.

Graviores itidem animi affectus, quippe generis nervoſi leges turbando morbum ſaepius concitantes, diligenter evitandi ſunt. In multis quidem exemplis, ubi proclivitas in morbum neque tolli, neque

neque corrigi queat, rediturae tentationi, causarum occasionalium evitatione, occurri potest.

His de causis occasionalibus dictis, ad secundum medendi consilium, proclivitatis nimirum in morbum amotionem, devenimus.

Haec proclivitas in morbosa mobilitate, quae ex debilitate pendet, maximè consistit; haecque nisi ab ingenita corporis temperatura provenerit, medicinam saepe admittit.

Remedia, quibus hoc consilium absolvitur, sunt aër frigidulus, balneum frigidum, exercitatio, medicamenta astringentia et tonica. Quoties autem debilitas ex inanitione pendet, vires diaetâ plenâ vino generoso reficiantur oportet.

Debilitati occurrendi ratio, praeter jam dictam, sunt remedia tonica et antispasmodica, vel aliis verbis, stimulantia. Tonica sunt metus, aliquisve modicus terroris gradus, astringentia, tonica quaedam ex frugibus, et metallis, parata, et frigidarium. De his sigillatim astrictiùs agemus.

Metus, miranda, qua hic animi motus non solùm in malo concitando, sed etiam tollendo pollet, vis, ex impubere juventa eodem in valetudi-

nario

nario Harlemensi graviùs affecta, et a magno Boerhaavio, ut supra narravimus, feliciter sanata, manifestè patet. Febris, ptyalismus, venus, puerperium, et etiam verberatio, morbum interdum curârunt.

Horror etiam eodem ferè modo, quo timor huic morbo opportunos afficit, ut ex eodem incantamentis et superstitione antiquitùs saepe, ut fertur, sanato, manifestum est. Aretaeus morbo majori obnoxios, cerebro vulturis, aut crudo avis marinae, aut felis domesticae, corde comeso, ad sanitatem redactos fuisse observat. Alii magnos effectus bibendo ex cranio humano, vel aquae haustu ex calice cujus fundo simul insidet bufo, aut calido gladiatoris recèns necati sanguine epoto, editos fuisse narrant: ultimam autem ex his remediis morbum interdum auxisse fatentur. Unum aliud tantùm ex hujusmodi medicamentis, quippe olim in magno pretio habitum, alces scilicet ungulam, memorabo. Haec ideò invaluit, quod alce malo opportuna olim existimabatur.

Antiqui magnam aliorum hujusmodi remediorum farraginem, quae jam ferè ex toto exolevit,

commendarunt.

commendarunt. Quoad effectus nil mihi, eodem quippe nunquam experto, obſervandum ſuppetit. Quoties profuerint, hoc, crediderim, ex horrore ſolo, et faſtidio, provenit. Horrendo tum animi tum corporis motu excitato, catena morboſa, unde proclivitas in paroxyſmos pendebat, abrumpi potuit.

Varia quidem aſtringentia et tonica ex frugibus derivata religioſè olim uſurpari ſolebant.

Viſcus Quercinus multum antiquitùs invaluit; terrore autem, quem imaginationi incutere ſolebat, amiſſo, iners jam et inefficax evaſit.

Medicamenta amara non ſine fructu ſubinde dari ſolebant. Cinchonae officinalis cortex. Vi quâ hic in corpore firmando pollet, eundem commendat, eique in quibuſdam exemplis facilè adducor ut confidam: nec deſunt quidem caſus, quibus manifeſtò profecit. Experimentis clinicis cel. Profeſſoris Home jure laudatur: malo periodico, morboſâ corporis plenitudine non exiſtente, doſibus magnis, aliquandiu ante acceſſum datis, maximè prodeſt.

Tonica

Tonica metallica, quae praefertim ex cupro, zinco, et ferro, parantur, caeteris omnibus longè praeftant.

Cuprum ammoniacum diu jam in magno pretio habetur: multis enim morbi exemplis admodum profeciffe, et nonnulla radicitùs fanâffe, experientia docuit *.

Zinci praeparata. Hujus flores, feu *oxydum*, eximium quidem remedium a quibufdam exiftimatum eft; in omni nervorum diftentione, et praecipuè in illâ, de qua hic agitur, commendante Gaubio, invaluit. Benjaminus Bell in primo Commentariorum Edinburgenorum medicorum volumine, infigne hominis annos triginta quinque nati, hoc malo decennium graviter affecti, qui maximum ex hujus medicamenti ufu beneficium percepit, exemplum memoriae prodidit.

Zincum vitriolatum itidem laudatum eft, et faepe, fed exitu parum felici, datum fuit.

Ferrum tantas corpus firmandi vires poffidet, ut

* Profeffor Duncan, Medical Cafes, p. .2

ut aliquid inde boni, ſi majoribus quam vulgò ſolet, doſibus daretur, jure expectandum ſit.

Stannum, hydrargyrum, et arſenicum etiam, beneficio autem nullo, aut ferè nullo, percepto, aliud aliàs, uſurpata fuerunt. Argentum itidem *nitratum*, haud parvam exiſtimationem nuper ſibi peperit; idem autem non ſine periculo eſſe videtur.

Balneum frigidum hoc morbo laborantibus enixè, et ratione virium ejus roborantium habitâ, jure quidem commendatum eſt; et ex recèns a D. Currie obſervatis, haud improbabile videtur, quin frigidarium imbriferum, aut totum corpus, urgente vel jam inſtante acceſſu, frigidae immerſum, praeſtantiſſima paroxyſmum curtandi ratio exiſtat. Quoties hoc remedium ingruenti malo occurrit, hoc corporis actione, quae priori morboſae conſtare nequit, motâ, efficitur.

Si calor gratus, brevi poſt frigidae uſum, in totum corpus non diffunditur; ſi contrà aeger frigus, alioſque ſenſus ingratos, queritur, remedium minimè iterari debet: hîc enim plus mali, quam boni afferet. Frigidarium ideo in hoc

morbo expectationem toties fallit, quòd, in multis ejus exemplis, sensûs torpor adest. Quoties hic est, nil boni sperandum: Porro his, quibus vires multùm franguntur, et praesertim organa, quorum est alimenta solvere, et in sanguinem mutare, infirmantur, praecipi non debet.

Caetera auxilia, quibus morbosae mobilitati occurritur, sunt *Antispasmodica*; quae contractionis causas saepe impediunt, et summovent, et vim nervosam partem affectam versus auctam minuunt: hinc vis nervosae aequilibrium ubique corporis restauratur, voluntas exul in regnum reponitur, justaque musculi tensio restituitur.

Materiae medicae scriptores plurima hujus classis medicamenta morbo comitiali laborantibus commendant. Cullenus eorundem pleraque ex frugibus derivata inertia penitusque inutilia esse notat. Utcunque sit, praecipua medicamenta, quae nervorum distentionem sedandi vi pollent, sive ex plantis, rebus fossilibus, aut animalibus, parantur, memorabo.

Ab opio, quippe efficacissimo, incipiemus: haec medicina vim musculorum irritabilem usque eò minuit,

minuit, ut copia idonea, brevi ante acceſſum exſpectatum data, hunc efficaciſſimè arcere queat: exemplis, quibus morboſa corporis plenitudo non eſt, et praeſertim, ubi malum irritatione, aut irritabili vi nimiâ, exoritur, maximè prodeſſe ſolet.

Aetheris ſulphurici, tentationis initio, vel hâc jam inſtante, hauſtum ſatis magnum, eandem fugâſſe, aeſtum ejus ſaltem ſaepius repreſſiſſe, experientiâ conſtat.

Moſchus, de meliore nota a quibuſdam commendatur, modò doſibus magnis ſaepe iteratis aſſumatur. Prae vi, quâ ſpaſmos componere perhibetur, eò adducor ut ei haud parum innitar: cùm autem nervorum diſtentione laborantibus nondum datum vidi, nihil certi de viribus ejus hic proferre poſſum.

Valerianae officinalis radix diu non ſolùm in morbo majori ſed etiam in aliis affectionibus ſpaſticis uſurpata fuit. Profeſſor Rutherford eandem in praelectionibus ſuis laudat, commodum manifeſtum ex doſibus magnis frequenter repetitis, ſaepius ſe vidiſſe narrat. Magna hujuſmodi medicamentorum

dicamentorum varietas diverfis temporibus in hujus mali curatione adhibita fuerunt; horum praecipua funt, Helleborus albus, Hyofcyamus niger, Solanum lethale feu Atropa Belladona, Datura Stramonium, Aconitum Napellus, Oleum Succini, Ferula Afafoetida, Caftoreum, Camphora, Galbanum, et Ruta graveolens; exempla hâc plantâ antiquitùs fanata legimus: in his autem morbum ex vermibus proveniffe verifimile mihi videtur.

Oleum animale, et fal cornu cervi, exitu autem parum putamus profpero, ufurpata fuerunt. *Nux vomica* magnis nuper laudibus elata fuit: in uno exemplo tentatam vidi; nil autem boni, quod percipi potuit, peperit.

Antifpafmodica, malo inftante, aut faepius redeunte, data, maxime prodeffe obfervantur: quodcunque ex eifdem ufurpetur, ita dari debet, ut effectus, quem ediderit, nunquam penitùs ceffet; diuque, poftquam tentationes redire defierint, continuetur; donec morbi confuetudo in defuetudinem abeat: tempus per quod medicamentum, hoc confilio, dabitur, paroxyfmorum

longitudini

longitudini et violentiae pro ratâ refpondeat oportet: dubitari enim non poteft quin morbus major, complurium aliorum generis nervofi affectionum inftar, femel inchoatus, vi confuetudinis perpetuetur.

Doctor Currie in monitionibus fuis medicis notabile morbi majoris, eâdem fere horâ, quoque vefpere invadentis, exemplum narrat; quod nicotianae cataplafmate cordis fcrobiculo, femihorâ ante tentationem praevifam circiter admoto, fanatum fuit. Hîc remedium animum et corpus graviter afficiendo, impetui redituro occurrit, et obftitit. Idem auctor internum Digitalis purpureae ufum duodecim aegris infigniter profuiffe comperit: eadem autem prae diris, quae interdum excitat, fignis, copiâ curationi abfolvendae idoneâ dari non potuit. *Calvariae terebratio* in exemplis mali vehementioribus, poftquam caetera omnia remedia fruftra tentata fuerint, commendatur: Haec autem, refugium quippe periculofiffimum, nunquam, nifi quibus cerebri compreffio malum concitaverit, aut aliqua cranii pars carie pereditur, a prudente medico adhibebitur.

Benjaminus

Benjaminus Bell, in tertio Chirurgiae ſuae volumine, tria morbi majoris inveterati exempla refert, quibus hoc remedium tentatum fuit: ex his duo, brevi poſt periculum, cerebri inflammati ſignis correpti, mortem obierunt: tertius, e terebrationis effectibus, morbo tamen nihil levato, aut mutato, convaluit. Jamque varia remedia, ſaltem praecipua, quae variis temporibus morbo majore laborantibus data, aut laudata, fuerunt, agitavimus: cuncta autem eadem, in multis quidem exemplis, infeliciter tentata, morbum Medicinae opprobrium etiamnum permanere, narrare me piget.

Cùm malum autem cauſâ aliquâ aegrum ſubitò et vehementiùs afficiente, haud raròconcitatur; et vi conſuetudinis frequenter perſtat; ſic cauſa contraria, quae priori haud minori vi adverſatur, omnium putà corporis et animi conſuetudinum mutatio, praeſtantiſſimo interdum remedio eſt: Coeli, igitur, diaetae, vitaeque generis mutatio, inter efficaciſſima auxilia ſæpe invenientur.

F I N I S.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA DE MORBO VARIOLOSO.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE

Ex Auctoritate MAGNIFICI RECTORIS,

FRIDERICI BERNARDI ALBINI,

A. L. M. PHIL. ET MED. DOCTORIS, ANATOMES ET CHIRURGIÆ IN ACAD. LUGD. BAT. PROFESSORIS ORDINARII,

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI *Consensu*, & *Nobilissimæ* FACULTATIS MEDICÆ *Decreto*,

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis, ritè ac legitimè consequendis,

Eruditorum Examini submittit

JOANNES LATOYSONERE JEFFERYS,

BRITANNO - AMERICANUS.

Ad diem XVI. *Septembr.* MDCCLXVI. *H. L. S.*

—— *Haec nostris spectentur ab annis,*
Quae ferimus.

VIRG. Aeneid. lib. VIIII.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud THEODORUM HAAK, 1766.

C

VIRO INTEGERRIMO

AVUNCULO SUO CHARISSIMO, INDULGENTISSIMO,

PETRO BOWDON,

ARMIGERO,

S.

Animo grato, beneficiorumque acceptorum memori, ſane optabilius, jucundius, evenire poteſt nihil, quam occaſio benefactori optimo ſe devinctiſſimum declarandi, debitasque rerendi gratias. Non igitur eſt, cur mireris, HARISSIME AVUNCULE! nomen TUUM, mihi ſemer jucundiſſimum, diſſertatiunculae huic academie praefixum. Spero fore, ut mihi hanc audaciam cile condones, quum animo pervolvis, quantum o TIBI officiis ſum devinctus. Et ſane facilius hi roganti veniam concedes, quod nemo, qui numera TUA beneficia, tam liberali, immo tam odiga manu, in me collata cognoſcit, mihi ignoſcepoſſet; ſi occaſionem hanc optatam ampliſſimam nitterem, animi mei gratiſſimi ſenſum publice nificandi, teſtificandi, atque TIBI meritas maxi-

* 2 mas-

masque habendi gratias pro amore Tuo plus quam paterno, cura, benevolentia ac consiliis, quibus me parentibus maturius orbatum, a primis pueritiae annis semper anxius & sollicitus fovisti. Probe quidem scio, PATRONÛM OPTIME! TE sola voluptate virtutem colendi, benefaciendique esse contentum, & TE nolle, ut haec publice agnoscam; sed dabis tamen hoc mihi, ut partem hanc mei officii exsolvam, ne ingratus esse videar. Neutiquam enim hanc occasionem arripui, ut, in laudem virtutum TUARUM excurrendo, modestiam violarem TUAM, sed ut pietati & sensui mentis meae interiori erga TE satisfaciam. Virtutes enim, quae TE virum summae integritatis & innocentiae, civem religioni & societati tantum viventem, adornant, tam eximiae sunt, & omnibus qui TE noscunt, notae, ut nostro non indigeant praeconio; praesertim, quum istarum quoque commemoratio ex ore consanguinei adulationis speciem prae se ferret. Sereniori igitur fronte primitias meas academicas qualescumque nomini Tuo inscriptas, ut levidense munusculum, in animi gratissimi tesseram accipias, meque in posterum favore TUO non plane indignum habeas, rogo. Vale, mihique fave.

NOMINIS TUI

Devinctissimo cultori,

J. L. JEFFERYS.

D I S

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA DE MORBO VARIOLOSO.

DEFINITIO.

Morbus, qui vocatur variolarum eſt febris acuta, contagioſa, ſaepe epidemica, cum exanthematibus, vel maculis conjuncta, quae ſecundo, tertio, quarto, quinto vel ſexto ab invaſione die in externa, rarius interna, corporis ſuperficie erumpunt, in initio parvae, rubrae, corſibus pulicum vel *varis*, unde quoque nomen ſortiun-ır, perſimiles, mox ſuppurationem ſubeunt, & in dies ajorem attolluntur in molem, donec ad ſummum evectae ɔicem, & materia purulenta contagioſa refertae, exare-unt cruſtoſa in tubercula, ſubfuſca & ſenſim decidunt, ɔveas plerumque in cute excavantes; variis ſymptomatibus er diverſa morbi ſtadia accedentibus.

ORTUS.

In Arabia aut Aegypto primum obſervatus fuerat ſub fi-em ſexti, vel initium ſaeculi ſeptimi morbus varioloſus, ıem in Hiſpaniam induxerunt Arabes, unde belli & com-

 mer-

mercii ope in caeteras Europae, orbisque regiones non per contagium irrepsit. AARON, Alexandriae medicus, morbum hunc adeo mortalibus invisum, primus anno sex centesimo vicesimo secundo descripsit; antiquis enim medicis tum Graecis, tum Romanis prorsus fuisse incognitum, hodie fatentur fere omnes.

C A U S S A.

Morbi caussa est labes subtilissima sui generis, omnib infesta, corporibus hodie variolosis orta, sed ex regionib primum delata orientalibus, & forsan Arabiae indigen quae aëri innatans, aut lanae, indusiis, stragulis, merciu sarcinis, alive spongioso corpori inhaerens, & ab his corpus recepta humanum, viam praebentibus vasis lymphaticis absorbentibus dictis, per cutem & pulmones distrib tis, sanguinem inquinat, & in suam mutandi indolem pollet, motus febriles excitat, & praesertim per cutem s exanthematum forma iterum expellitur. Cum omnino i certum sit utrum labes variolosa primum nata sit in Aral circa incrementum hujus imperii; an olim extiterit apud i cognitas interioris Africae gentes (*a*), & ab his in A bes delata fuerit: ardua sane res erit determinare, quib modis primum fuerit genita; nihil enim lucis hic praebe rerum anales, & miasma hodie tantum ex corporibus v riolosis ortum cognoscimus.

Veterum sententia nimia esse innatum. Nonnulli, immo plerique, superiorum temp rum medici, crediderunt labem hanc corp congenitam, & in utero materno ex immund tie retenti sanguinis menstrui esse contracta quae vasis foetus recepta, sanguine involuta & innoc latens, mora diuturniore tandem acrior facta, & aliis caussis, nimirum certa aëris diathesi, adfectibus animi, t ro

(*a*) WERLHOF de variolis p. 13. STAHL. de variolis & m billis. p. 4.

re, immaginatione, vigiliis, motu nimio, crapula, per-
iratione impedita, in motum fermentativum sui multipli-
tivum acta, febrim accenderet cujus ope e corpore ex-
lleretur.

les miasmatis. In succo quodam seroso-lymphatico, impuro, a matre traducto, & in tubulis medullae inalis impacto haerente, donec mora perniciosam indolem ntraxerit, hanc labem latere, credidit HOFFMANus (b), propter convulsiones & capitis dorsique dolom, quibus in primo insultu stipatur morbus. Alii in aliis rtibus posuere, ut in renibus succenturiatis. Sententia ec innati contagii sola videtur inniti frequentia morbi, ii semel in vita fere omnes citius, aut serius corripit, hinc tumabant, morbum variolosum omnibus communem a ussa etiam oportere oriri universali, scilicet a menstrui nguis, quam fingebant, immunditie.

innata caussa oriri nuit. Labem vero ab hoc fonte, vel quavis ab innata caussa, deduci haud posse ex eo patet, quod morbus variolosus mortalibus fuerat ignotus te Mahomedis epocham, a nemine enim descriptus ext. Insuper integrae post Mahomedis tempora fuerunt ntes, quae fictis iisdem praedictis caussis subjectae, taen morbo varioloso per saecula immunes manserunt, dum mmercium cum infectis non habuerunt, & postquam in s semel irrepsit morbus, deinceps popularis fuit, quod iam est argumentum manifestum oriri non potuisse morum variolosum ab innata caussa, vel menstrui sanguinis imunditie; nec hanc fuisse caussam morbi praedisponentem. ec in ipsa Arabia ante Mahomedis tempus, dum Romaım vigebat imperium hoc malum quacumque caussa exter- productum existere potuit, nequaquam enim silentio pectus praeteriissent historici, vel nominando tantum medici orbum adeo contagiosum, constantibus adeo symptomatibus

(b) Oper. T. II. Sect. I. cap. VII. §. 4. & 5. p. 56.

bus ſtipatum, ſuae naturae & indolis adeo tenacem, tantasque in genus humanum nimis ſaepe edentem ſtrages.

Origo incerta. Primam hujus itaque contagii originem ſpiſſis adhuc tenebris obvolutam facile agnoſcimus; neque lectorum patientia abutendi animus eſt, incertas in conjecturas gratis obtrudendo, & argumenta non niſi inanes verborum ambages prae ſe ferentia in medium producendo.

Forma, ſub qua miasma ſe exhibet. Miasma varioloſum exiſtit forma puris fluidi aut exſiccati, vel in aëre oculorum aciem fugiens volitat. Miasma varioloſum puriforme corpori adplicatum certius morbum inducit, quam aëreum, ſeu quod aëri innatat. Docet hoc veneni varioloſi inſitio in corporibus, quae antea impune conſortium cum variolosis ſaepe habuerant; experientia etiam conſtat rariſſime quemquam, facta inſitione, infectionem haud contrahere. Effluvia varioloſa non tam apta ſunt ad morbum producendum quam pus varioloſum, non quod ex ſua natura ſint minus activa, ſed quia ſimul ac in aëra tranſeunt citiſſime diſſipantur ſuasque vires amittunt. Hinc infectio celerior non ſemper eſt effectus praediſpoſitionis, licet haec interdum aliquid valeat, ſed conditio, indoles, activitas varia miasmatis primarias ſibi vindicant partes. Nec abſentiae praediſpoſitionis tribuendum, quum quis inter infectos verſans variolas non contrahit, ſed potius efficaciae materiae imminutae.

Modus, quo vulgatur. Duplici vero medio labes haec propagatur, aëre ſcilicet & *corporibus ſpongioſis.*

Modus, quo corpori ingeritur. Miaſma varioloſum ſuſcipitur & morbum inducit corpori adplicatum, aëri immiſtum & *inſpiratione* receptum; *contactu* ipſius materiae varioloſae; nec non *artificiali* ejuſdem *inſitioni.*

Aëre. Effluvia quaedam contagioſa, venenoſa ex variolis ſuppurantibus & exareſcentibus emittuntur, quae in aëre volitant, & una cum hoc inſpiratione recepta, homines nondum variolis defunctos, & hunc aëra inquinant

inſpirantes, inficere valent, quod creberrime contingit, dum quis morbo adhuc immunis, in cubiculum varioloſi ingreditur. Sed quamvis miaſma varioloſum, aëra cubiculi inquinare valeat; hoc tamen, aliaque effluvia morboſa; a domo infecta hinc inde ad diſſita loca per aërem ſolum deferri nequeunt, tanta vi praedita; ut morbum excitare valeant. Id quod luculenter in peſte patet. Si enim cum infectis per debitum temporis intervallum praeſcindatur commercium, effluvia morboſa ita per auras diſpelluntur, & infringuntur; ut omni periculo vacet aër vicinus; licet navis, aut locus contagio infecti haud ultra mille paſſus a littore, vel urbe vicina diſtent. Idem etiam in labe varioloſa obtinet. Quum enim quis infectus urbem ingresſus omne cum ſanis comercium evitat, morbus nequaquam propagabitur. Si vero miaſmata morboſa per aëra late diffuſa, & de loco in locum delata, vires ſuas retinerent, nil obſtaret, quo minus ventis acta totum graſſarentur per orbem; & eodem vel ſaltem brevi tempore integras urbes & regiones inficerent. Quae quum ita ſint, haud inepte quaerere hic quis poſſet, num miaſmata morboſa vires amittant ex ſola eorum per aëra diffuſione? fortaſſis non ſemper, ſed interdum etiam a viribus ſuis extinctis, dum in aëre chemice ſolvuntur. Aliquid huic conſimile obtinet in effluviis a rebus putreſcentibus ortis. Dum enim aër eſt ſiccus & effluvia putrida ſoluit, levis admodum percipitur odor; verum aëre ab imbre humiditate impraegnato & ſaturato, ut effluvia putrida in eo ſolui nequeant, haec longe lateque foetidiſſimum ſpargunt odorem, licet ipſa putrida ſubſtantia vel colluvies pluviae neutiquam expoſita ſit, idemque ſequatur caloris gradus. Simile quid in aliis etiam contingere videtur, dum enim tempeſtate ſicca ingruunt imbres, magis olere obſervantur ſentinae, aëre nunc copioſiori humiditate repleto, & moleculis aqueis ſaturato, nec effluvia ſolvere ſatis valente. Saepius etiam obſervare licet poſt imbrem, vel ipſo jam ingruente, flores gratiſſimos ſuos longius latiusque diffundere odores. Et forſan ob hanc quo-

quoque solutionem non retinent vires, dum longe per auras diffunduntur variolosa, aliaque effluvia morbosa, & forsan etiam aëri humiditate imbuto; & miasmatum solutionem recusanti debetur, quod labes variolosa tempestatibus humidis aliquando latius aërem inquinet (*c*); & homines inficiat; quibus nullum fuit cum variolosis commercium. Forsan ob hanc etiam caussam contingit, ut morbi epidemici ab aëre effluviis putridis inquinato oriundi, tempestatibus humidis & insequente calore latius dominari observentur (*d*); dum enim materiam putridam in motum ciet calor, effluvia tamen in aëre jam humiditate expleto solui nequeunt; & diutius vires retinent suas, & plures inficiunt. Quocumque vero demum modo sive *diffusione* per *aëra sola*, sive etiam in eo *solutione* miasmata variolosa suas vires amittant, nil refert, usu enim constat, illa efficaciam suam ad loca valde dissita propagare nequaquam posse. Huic igitur conjecturae, licet ad veritatem proxime accedat, pertinacius insistere nollem, quippe quae in praxi parum utilitatis habet, & cum CICERONE (*e*), *hoc sum contentus, quod, etiamsi, quo quidque fiat, ignorem, quid fiat, intelligo.* Animadvertendum est, quod licet haud solius aëris ope in loca remota transferri possit labes variolosa, sufficienti vi pollens, ut morbum propaget, nonnullae tamen aëris diatheses prae aliis contagii propagationi magis favent; aliis etiam anni tempestatibus crebrius & facilius venenum variolosum in corpora agit; aliis vero rarius & difficilius. Saepe enim contingit, ut hoc contagium in loco quodam obortum protinus populariter saeviat, & inficiat homines aliis in aedibus commorantes, quibus cum

(*c*) HOFMANN l. c. obs. 1. p. 55. & HUXHAM *descriptione anginae malignae ulcerosae* dum constitutionem aëris exponit, observat variolas latius serpere tempestate humida; sicciori vero rariores esse. p. 268 —— 275.

(*d*) PRINGLE de Morbis Castrens. sub initio.

(*e*) De Divinat. lib. I. cap. 9.

:um iis, qui variolis decumbunt, converſatio fuit nulla; lio vero tempore jam oborta labes ſubito cohibetur, muta- a coeli conſtitutione, aut alia accedente anni tempeſta- e (f).

Anni tempe- ſtates in qui- us maxime cedit mor- us.

Quaedam anni tempora magis quam aliae contagii varioloſi diſſeminationi ejusque evolutioni favent. Morbus enim noſter plerumque *verno tempore* incedere obſervatur, *aeſtate* magis & latius dominari, *auctumno* rarius graſſari, *hieme* rariſſime adparere. Pronum ergo ex hac obſervatione foret colligere calorem promovere, frigus impedire morbi noſtri geneſin. Probe tamen tenendum eſt, hunc labis progreſſum non ſemper eumdem ordinem ſequi, ſed pro coeli varietate diſcrepare, ita, ut pro diverſa aëris conſtitutione, eadem anni tempeſtate plus minusve vitietur aër, & pro diverſa loci natura & intercurſu cum varioloſis latius & diutius protrahatur morbus.

Corporibus Spongioſis. Labes varioloſa numquam penitus deperditur, nec omnino ſilet, quum epidemice graſſari deſinit, ſed ſub cineribus gliſcere, hic atque illic furtim ſtrages edere pergit, licet tempeſtatibus ipſi maxime adverſis. Materies enim purulenta contagioſa ex puſtulis ſuppuratis & jam exareſcentibus in aegrorum induſia, ſtragula, aliave inſinuatur, in his latet, vires diu retinet, ab aede infecta ad vicinas, immo ad regiones (g) remotas deferri poteſt, & in corpora hominum *contactu* vel *inſpiratione* ingreſſa morbum producit. Miaſma varioloſum in corporibus ſpongioſis latens vires ſuas conſervare, patet etiam ex eo, quod illi, qui linteolis, ex quibus charta conficitur, legendis victum quaeritant variolas citius contrahunt. Quum itaque antea vidimus, miaſma per aëra volitans ſalva ſua efficacia longius transferri non poſſe, hic praecipuus & creberrimus ma-

(f) Huxham p. 144.
(g) Mead de variolis. Acta Hafnienſia vol. I. p. 86.

malum disseminandi modus esse videtur, & hac via fortassi primum ex natali solo in Europam invectum fuit contagium.

Insitio. Jam ad alteram pervenimus longe certissimam tutissimamque morbum excitandi rationem, scilicet *puris variolosi*, facto in cute vulnere, *insitionem*. Quum observatum fuerat variolas late saevire, paucissimisque parcere, & morbum in tenera aetate, corporibusque sanioribus, quam in impuris & adultioribus, benigniorem decurrere, homines inde forsan inducti fuere, ut arte potius infantibus hanc inducerent labem, quam illos fato suo relinquerent, severius illas dein adultiori aetate contracturos. Nec successu defuit optatis. Exordium habuit in Circassia nova haec methodus, uti fama est pulcritudinis feminarum conservandae caussa, exinde ad Europaeos delata fuit, qui magis cauti apta praeparatione, corpus ad suscipiendam hanc labem instruebant, & non tantum infantibus, sed etiam, felici experientia ducti, audacter adultis morbum inserebant.

Quamquam labes variolosa omnibus & singulis cujuscunque *aetatis*, *sexus* aut *sortis* inimica esse videtur, &

aequo pulsat pede pauperum tabernas
Regumque turres (*h*).

&

aequa lege
Sortitur insignes & imos (*i*);

sunt enim in regionibus, in quas vis morbi incessit, perpauci, qui totam variolis immunem ducunt vitam.

Tenera aetas ad morbum proclivior. Prae caeteris tamen observamus infantes pueros maxime huic malo esse obnoxios. Nec ratio latet. Principium enim vitale infantibus mobilius, agilius, sensilius a miasmate admoto

etiam

(*h*) Horat. lib. I. od. 4.
(*i*) Idem od. lib. III. 1.

iam debiliori, protinus in motus enormiores abripitur, ım in adultis fibrae jam magis obfirmatae ad ejusmodi ſti-ulos magis ſurdae, aut ſaltem non ad quasvis impreſſiones cipiendas, augendas aptae natae ſunt. Hinc ſaepe po-ılariter graſſantes videmus variolas inter infantes, dum ıulti in tali conſtitutione intacti vivunt (*k*). Ob hanc ıoque rationem morbis infantum variolas ſubjunxit in a-ıorismis BOERHAAVIUS MAGNUS.

Animi pathemata (*l*), triſtitia, ingens morbi terror, ıor, egregie labi varioloſae favere videntur, ut facilius in ırpus agat; omnesque conditiones, quae alias ad febres cicitandas faciunt, etiam febris varioloſae acceſſionem, poſt-ıam ſemel contagium ſuſceptum fuit, accelerant.

ecies va-ıolarum di-rſae. Priusquam morbi hiſtoriam adgrediar non in-congruum erit diverſas variolarum ſpecies a ſcri-ptoribus medicis recenſitas enumerare. Ut plu-mum autem variolae notantur & diſtinguuntur *proximitate* ıanthematum, prout plus minusve a ſe invicem diſtant; ıl *ſuppurationis modo* & *colore*, quem referunt puſtulae. ariolae *diſtinctae* (*m*), vel *diſcretae* vocantur, quum a ſe ıvicem remotae ſunt, ſeu inter ſingulas liberum eſt cutis ıtervallum. *Benignae* etiam nuncupantur, quia plerum-ıe ſine ſymptomatibus inimicis diverſa morbi ſtadia decur-ınt, & vix medicinae auxilium poſtulant. Neutiquam ve-ı diſtinctae & benignae pro ſynonymis habendae ſunt, ım diſtinctio ratione bonae vel malae indolis potius ad rognoſin, quam morbi definitionem facit, & non raro di-inctae in idem vitae diſcrimen conjiciunt ac confluentes. *ohaerentes* ſiſtunt exanthemata hinc inde tantum contigua ıl cohaerentia, ſive pauca paſſim in unum coëuntia, ſive ıoc jam in eruptione, ſive in ſuppuratione demum contin-gat.

(*k*) WERLHOF de variol. p. 7.
(*l*) WILLIS de Febribus p. 118. MORTON de variolis p. 69. ECHLINUS obſ. 442. Kirkpatrik.
(*m*) Sublimes RHAZES.

gat. *Confluentes* (*n*) vero confertiſſimae, conglomeratae erumpunt, ſibi in eruptione contiguae ſunt, & dum maturefcunt perplurimae in unum confluunt & quaſi pelliculam latam parum ſupra cutem elevatam referunt. Saeviſſima ſymptomata hanc ſolent comitari ſpeciem, & non raro vitae periculum intentant, unde etiam *malignae* vocantur. Obſervandum quoque confluentes dici variolas, ſi in facie tales ſe exhibent, etiamſi in reliquis partibus diſtinctae maneant. *Cryſtallinae* vel *lymphaticæ* vocantur dum in ſuppurationis ſtadio pellucidae adparent variolae, & liquore aquoſo tenui implentur. *Siliquoſae* (*o*) autem nullum continent fluidum, aut poſtquam ſuppurari incoeperunt pure orbae ſunt, & ſupra cutem elevantur veſiculas rotundas referentes. Has cryſtallinis adjunxit MEADIUS. *Varicoſae* (*p*) dicuntur quum male maturefcunt, materiam craſſam continent, & dureſcunt ſupra cutem eminentes veluti varices; Haec puſtularum forma vel figura in diſtinctis tantum obtinere videtur (*q*). *Cruentae* (*r*) adpellantur variolae, quum purpureum referunt colorem, ſuppurationem ſubire negant & ichore nigro refertae manent. Tandem diſtinctae & confluentes *irregularium* nomine veniunt, quum eruptionis & ſuppurationis ordinem vel tenorem ſibi proprium & ſolitum non ſequuntur.

HISTORIA MORBI.

Hiſtoriae tradendae ratio. Variolae plerumque ſolent tantum in diſcretas & confluentes diſtingui, & in morbi hiſtoria tradenda ſolemne eſt ſymptomata cujuscumque ſpeciei ſeorſim enumerare, quod tamen anguſti diſſertatio-
ni

(*n*) Continuae aliae in aliis IDEM.

(*o*) MEAD de Variol. cap. II. HUXHAM p. 147. FRIEND opera omnia, epiſt. de quibusdam variolar. generibus p. 358.

(*p*) Parvae albae veluti verucae RHAZIS.

(*q*) MEAD. l. c.

(*r*) Purpureae, violaceae RHAZIS. MEAD. l. c.

is limites haud permittunt. Deinde his, caeterisque variolarum speciebus praeter pustularum conditionem supra memoratam perpauca, aut nulla sunt symptomata, singulis propria, quae non interdum unicuique promiscue contingant. Satius igitur erit omnia generaliter describere, utpote ab eadem caussa producta, licet ad gradum pro variis corporum conditionibus varia.

Divisio morbi in stadia. Pergimus igitur ad recensenda symptomata, quae quum innumera & pro diversis morbi temporibus alia atque alia sint, paullo curatius & dilucidius enumeranda veniunt. Lubet igitur, & juvabit quoque, in his tradendis sequi notam divisionem morbi in quatuor stadia, & exponere phaenomena 1. *febris ante eruptionem*; 2. *eruptionis variolarum*; 3. *suppurationis*; 4. *declinationis morbi* vel *exarescentiae pustularum*.

FEBRIS ANTE ERUPTIONEM.

Phaenomena contagii in corpus recepti. Labes variolosa febrim rarissime excitat ut primum in corpus recepta, uti patet in insitione multisque morbi variolosi exemplis (*s*). Sed febrim aliquando praegredi observantur sequentia phaenomena: languor, lassitudo; debilitas; levis capitis dorsique dolor; inappetentia; horripilatio intercurrens, quorum quaedam, interdum omnia, per plures dies permanent (*t*), & postea insequuntur,

Symptomata febris ante eruptionem. Rigor, tremores; oppressio & anxietas praecordiorum; nausea & vomitus; incrementum doloris in capite & dorso; summa virium prostratio; pulsus frequens, celer; aestus ingens; sitis; jactatio & inquietudo corporis; respiratio crebra, calida; oculorum splendor, illachrymatio, interdum rubor; faucium dolor

(*s*) Tralles de meth. medendi variolis saepe insufficiente p. 21. 50.
(*t*) Hofm. l. c.

dolor atque intumefcentia; vox rauca; vertigo; aluus plerumque ftipata.

Symptomata anomala. Aliquando animi deliquia; coma; delirium; phrenitis; vigiliae; diarrhoea; haemorrhagia; fanguinis fputatio; mictus cruentus; non raro dyfuria; ifchuria, fuperveniunt.

In *infantibus* plerumque fomnolentia; narium pruritus & fternutatio; interdum ingruente eruptione convulfiones & infultus epileptici fe jungunt.

In *adultis* vero proclivitas in fudorem; faepe dolor erraticus pleuritidis aliorumque aemulus, vel huc atque illuc per corpus vagans.

Febris eruptiva faepe vefperi accedit, & quoque omni vefperi exacerbatur, & non raro tam placide adfligit, ut vix aegrotare videatur aeger. Hoc ftadium durat per duos tres, quatuor vel quinque dies pro varietate & vehementia morbi & plerumque terminatur crifi metaftatica, fcilicet exanthematum eruptione.

ERUPTIO.

Erumpunt fecundo, tertio, quarto, quinto, fexto, immo feptimo (*u*) febris die variolae, parvae, rubrae, numero & magnitudine diverfae, & morfibus pulicum haud abfimiles; primum in facie & collo, dein in brachiis, denique in femoribus & pedibus confpiciuntur. Sed ut plurimum in extremitatibus inferioribus non ante fecundum, vel tertium diem poft primam eruptionem in confpectum veniunt.

Si *diftinctae* funt variolae quarto plerumque die vel quinto, rarius vero tertio fe monftrant, quo tempore abeunt naufea & vomitus, & finita eruptione recedit febris, & faepe omnia placide & tranquille peraguntur, ac fi ftatu naturali & integra fanitate frueretur aeger. In *adultis* per totum ce

(*u*) IDEM l. c. HUXHAM l. c. p. 127.

uptionem ad initium proximi ſtadii usque perſeverat in ſuorem proclivitas.

Quodſi autem *confluentes* imminent, tunc fere ſecundo el tertio die contingit eruptio, quae in his rariſſime diem uartum exſpectat. Creberrima vero exanthemata maxime i facie prodeunt & aliquando denſo adeo conglomeratoque gmine cutem obtegunt, ut eryſipelas aemulentur. In his ilivae ſecretio copioſior fere ſemper vexat adultos, vel ſub oſa eruptione, vel ſub proxime inſequenti ſtadio. Paullum nunc remittunt & placantur ſymptomata, ſed febris on omnino extinguitur.

Eruptionis tempore plus minusve ſedimenti deponit urina. Eruptio autem ipſa in diverſis corporis partibus biduo aut iduo perdurat, qua peracta, & variolis in inflammatioem tranſeuntibus, ſequitur tertium morbi ſtadium ſcilicet

SUPPURATIO VARIOLARUM.

Peracta omnium exanthematum eruptione, febris praereſſae ſymptomata vel prorſus recedunt, vel ſaltem miuuntur; aliquando citius, interdum ſerius, ſed octavo lerumque die a primo morbi inſultu, ſtatus tertius maniſte multisque novis phaenomenis ſtipatus incedere & adſſe obſervatur. Partes cutis variolis immunes, tumere, ubeſcere, ſplendere, dolere incipiunt, nec non ipſae vaolae accuminari, prominere & ſuppurationem ſubire, priium in facie, poſtea eodem ordine, quo erupuerunt.

Vultus ergo primum tumeſcere incipit & continuo inflaar, palpebrae turgent, & oculos plus minusve obvoluunt, orumque margines materia ſeroſa viſcida & lemoſa obliuntur, magis dolent & tument fauces; deglutitio ſit diffiilis cum dolore ſociata; os ſcatet tenui ſaliva, quae ſenſim opia augetur, & tempore aeſtivo ſaepe parciori copia ſeernitur, quae ſalivatio *confluentium* fere eſt adſidua comes, ec non interdum *diſtinctarum*; frequens urinae excretio, uae ptyaliſmi ſaepe vicem praeſtat; puſtulae ichore pri-

 mum

mum tenui, mox ſpiſſiori, tandem in pus flavum mutato turgeſcunt & plerumque die undecimo ad ſummum evectae ſunt apicem, & perfecte ſuppuratae, ſed nondum in omnibus corporis partibus. Variolae enim in manibus & pedibus adhuc crudiores extant, & non tam cito matureſcunt, quam in facie, ſed earum plena ac perfecta ſuppuratio biduo aut triduo ulterius protenditur.

Contrarium vero non raro evenit & omnia tardiſſime procedunt, puſtulae vix ac ne vix quidem replentur, elevantur praeſertim quum poſt materiae deſpumationem & in habitu cutaneo factam depoſitionem natura ſuppreſſa, vel viribus exhauſta, febri & ſuppurationi movendis impar exiſtit, donec tandem reſumtis viribus victrix coctionis negotium quoque abſoluit.

Phaenomena anomala. Nonnumquam in apicibus variolarum ſuppurationem ſubeuntium conſpiciuntur puncta nigra; puſtulae ſubito ſubſident, depreſſae, flaccidae; maculae in interſtitiis variolarum purpureae, lividae oriuntur; veſiculae aqueae; gangraenae; ſubita ptyaliſmi ſuppreſſio, vultusque detumeſcentia; urinae ſuppreſſio, quae praecipue die undecima contingit.

In infantibus diarrhoea ſaliviationis vicem praeſtare ſolet.

Ingruente variolarum ſuppuratione ut plurimum nova oritur febris inflammatoria, a febri eruptiva in benignis prorſus diſtincta, qualis in pluribus phlegmonibus obſervatur. At ſi malae indolis ſit morbus febri primariae eruptivae nondum perfecta criſi ſolutae accedit inflammatio univerſalis. Neutiquam vero haec febris in omni variolarum genere obtinet. Eſt enim ubi variolae perpaucae ſuppurationem ſubeunt, & ita placide decurrunt, ut nulla ſanguinis aucta circulatio percipi poſſit; & eſt etiam, ubi in corporibus validis & vegetis immane intenditur; plus minusve ſaevit pro numero puſtularum, praeſertim in facie.

Sym-

Symptoma febris suppuratoriae. Comitantur vero febrem suppurativam pulsus frequens; oculorum rubor; calor ingens; sitis; dolor universalis, molestissimus lancinans, inquietudo summa & corporis jactatio; respiratio crebra, calida, permolesta, tussiculosa, immo in hac morbi periodo, ubi variolae numerosae sunt tum in distinctis, tum in confluentibus, deglutitio & respiratio adeo difficiles sunt, ut ingens suffocationis immineat metus; aliquando delirium, phrenitis, stupor, vigiliae; convulsiones; diarrhoea, haemorrhagiae; dejectiones sanguineae, sanguinis sputatio, mictus cruentus superveniunt.

Nox plenam suppurationem praecedens gravis extat, & omnia febris symptomata permultum exasperantur.

Hoc morbi tempore a forma pustularum, & puris colore, quem prae se ferunt, varia sortiuntur nomina variolae, videlicet *crystallinae*, *siliquosae*, *varicosae*.

Si variolae *distinctae* & bonae indolis sunt, haec de earum suppuratione & forma observantur. Circulo primum rubente circumdantur, acuminantur, supra cutem prominent; magnitudine augeri & ichore tenui impleri & albescere incipiunt; mox flavum induunt colorem, ichore sensim in pus flavum mutato, magis magisque turgescunt, donec ad summam perductae magnitudinem, probe flavescunt, & perfecte suppurant, mole parvum ribesium aequantes.

Si vero *confluentes* sunt variolae, non tam alte supra cutem elevantur, perplurimae confluunt, & quasi vesiculam latam constituunt, primum rubram, dein pure tenuiori refertam. Hoc praecipue in vultu obtinet. In manibus & pedibus pustulae majores sunt, quam in caeteris corporis partibus, & quo propiores sunt trunco, eo sunt minores.

In morbo tam lubrico, dies quo incipit, vel quo absolvitur hoc stadium, notatu perdifficilis est; aliquando enim sexto, septimo, & interdum non ante decimum quartum, & ultra incipit. Nec minus ejus duratio admodum incerta est, postquam enim suppurare inceperunt pustulae, maneant icho-

ichore tenui semiplenae, flaccidae per 6. 8. 10. 12. aut plures dies, & subito unius nychthemerae spatio probe suppurent (v). Ut plurimum tamen variolarum suppuratio tribus aut quatuor diebus absolvi solet.

DECLINATIO MORBI.

Variolae jam ad summam evectae ἀκμὴν & perfecte suppuratae (quod ut supra monuimus ocius serius in diversis corporibus contingit), postremum ingrediuntur statum longe periculosissimum, aegrumque post tot tantaque morbi pericula saepe ex improviso tollentem. Pustulae in facie primum corrugari & arescere incipiunt, ardor & dolor imminuuntur; sensim detumescit vultus; magis magisque intumescunt brachia & manus, subsidente facie, qua detumescente pari passu decrescit ptyalismus, donec omnino cessat; in confluentibus saepe summum ingruit suffocationis periculum; secundo vel tertio die hujus stadii pustulae in extremis partibus perfecte suppurant, & exarescere incipiunt. Dum vero pustulae exarescunt, & in crustas mutantur, molestissimum praesertim in facie excitant pruritum, & postquam exarefactæ sunt, decidunt, rubedinem & foveas in cute, qua sedem habuerunt, relinquentes.

Nonnumquam in ipso hujus stadii limine praemature, repente & prorsus subsidet vultus, nullo in manibus subsequente tumore; subita & repentina fit salivationis & urinae suppressio; pustulae flaccescunt; petechiae vel maculae purpureae nigrae & vesiculae aqueae in interstitiis variolarum; gangraenae; alui fluxus, dejectiones sanguineae, nigrae cum tumore abdominis oriuntur.

Febris secundaria ejusque Symptomata.

Saepe exarescentibus variolis, altera accenditur febris adventitia, & prorsus distincta a febre eruptiva & inflammatoria, a morbo etiam varioloso plane diversa; quam primus memoravit SYDEN-

(v) MORTON p. 63.

ENHAMUS. Praecipua hujus ſymptomata ſunt pulſus equens, celer; aeſtus ingens; inquietudo ſumma; ſitis; gua arida; reſpiratio difficillima; tuſſis; ſaepe accedunt lirium, phrenitis, tendinum ſubſultus, coma, inflamma- in diverſis partibus ut pulmonibus, pleura & cet. Fe- is haec omni veſpera intenditur, & ſi fauſtum ſortitur exi- m, terminatur alui dejectione, vel urina multa craſſa.

ſiccatio. De puſtularum autem exſiccatione ſequentia ſervanda ſunt. Quum *diſtinctae* ſunt primum corrugan- ; cruſta ſubflava obducuntur, & poſt unum, vel alte- m diem areſcunt, obſcuriorem induentes colorem, ſen- decidunt, levem rubedinem in cute relinquentes, nec n ſaepe foveas in cute excavantes, quam confluentes. Si tem *confluentes* ſunt poſt maturationem parum ſupra cutem vatae, degenerant in cruſtam latam, nigram, tenaciter haerentem & difficillime decedentem, quam inſequuntur amulae furfuraceae, quae deciduae renaſcuntur. Confluen- pruritum excitant moleſtiſſimum, & altiores excavant fo- s, quam ſolent diſtinctae, & rubedo diutius manet.

Duratio hujus ſtadii admodum incerta eſt, & in diverſis pro erſa morbi malignitate diſcrepat. Plerumque quatriduo ſo- abſolui; aliquando vero ad 6. 8. 10. 12. dies protenditur.

hemata variolas. Saepe morbus varioloſus poſt ſe trahit alios morbos, nempe ophthalmias, coecitatem, ar- ulorum tumores; abſceſſus in diverſis corporis partibus; rotides; phthiſes pulmonales; tabem; manuum pedum- e imbecillitatem, vel contracturam; dyſenteriam &c. epe etiam medicati quid habet, & alios morbos inveteratos iciſſime, ac modo nulla arte imitabili, curat v. g. glan- larum tumores, ſcirrhos, alioſque.

SYMPTOMATUM AETIOLOGIA.

Sequitur ea pars diſſertationis, qua in rationes ſymptoma- n inquirendum eſt. Aegre hunc laborem adgredior, ium ad intimos naturae receſſus penetrandi, etiam in illu-

minatissimo saeculo, quod vivere gloriamur, nobis nondum datum sit. Maluissem igitur penitus tacere nisi timuissem, ne mihi hoc vitio verterent lectores. Proferam interim de praecipuis symptomatibus caussas maxime probabiles, quae ab artis doctoribus adlatae fuerunt, & quae utcumque experientia stabilire licet.

Morbus variolosus in universum. Febris prima a miasmate varioloso in corpus recepto orta increscit, viget, decrescit. Sed quibus modis morbum adeo semper sibi constantem, a caeterisque adeo distinctum, excitare valeat hoc miasma explicatu admodum difficile est. De re tam abdita, quae conjectura tantum adsequi potest, sententiam, quam multi amplectuntur, exposuisse sufficiat. Crediderunt Arabes & multi recentiorum miasma variolosum acri stimulo, & vi sui multiplicativa esse praeditum, ac morbum in corpora nostra inducere tum solida viva stimulando, tum humores instar fermenti venenosam in suam convertendo indolem. Veneni variolosi potestas adsimilandi manifesto patet in insitione, ubi exigua tantum hujus contagii moles per vulnus recepta sese in copiam multiplicat insignem, quoad quantitatem millesies materiam insitam superantem. Multiplicationem hujus veneni, postquam in corpus receptum est, non aliter fieri credebant, quam per quamdam fermentationis speciem, in qua miasma partem humorum in variolosam convertit naturam; fermentatio enim unica est via adhuc cognita, per quam corpus in alius indolem transmutari potest, atque converti.

Symptomata primi & secundi stadii. In febre variolosa perplurima dantur symptomata aliis febribus communia; sunt & alia, quae deducenda tantum videntur a peculiari miasmatis natura, & quae inter diagnostica recensentur. Hujus generis sunt *dolor capitis*, *lumborum*, nec non *salivatio* & *ejectio materiae morbosae in cutem*. Est sine dubio veneno varioloso peculiaris indoles quasdam corporis partes prae caeteris adficiendi; vel partes quaedam corporis sensibiliores videntur, & stimulo hoc determinato vividius & quasi

pecu-

peculiari ratione adficiuntur, dum aliae vix inde moventur. Et analogia hanc opinionem confirmat. Sic videmus vim quandam singularem in mercurio, qua impetus humorum dirigitur in glandulas salivales, & in cantharidibus, qua humores feruntur ad renes, & innumerabilia alia medicamenta & venena singulares quasdam sibi vindicant & petunt partes. Horum omnium effectum videmus, caussam ignoramus; explicent eam, quibus ex meliori luto

finxit praecordia Titan.

Ab eadem caussa pendere videtur *nausea*, adsidua febris eruptivae comes, aegrumque ad eruptionem usque lacessens; qua facta, sponte evanescit. Haud semper deduci potest a sordibus in ventriculo haerentibus, licet aliquando per has multum exacerbetur; sed potius a miasmate in primo morbi insultu ventriculum, directe vel & per consensum ingrate & quasi vi peculiari adficiente. Simulac enim lues ex humoribus separatur, & in cutem deponitur, silent nausea & vomitus, vel placantur, & non minus emetico, quam sine eo ante eruptionis tempus tolluntur.

Convulsiones & *insultus epileptici* non unice supervenire videntur ob ingentem labis variolosae in fluidis copiam aut malignam morbi indolem, sed potius ob teneram maxime sensibilem corporis fabricam, ad irregulares hos motus ab adplicato stimulo procliviorem. Ex hoc patet, cur infantes & delicatulos maxime lacessere soleant terrifica haec symptomata. Nec negligendum est quod post hos motus vix umquam aliud, quam discretum benignumque variolarum genus subsecutum fuisse observarunt scriptores practici.

Mictus aliquando suppressus, *cruentus*. Materia variolosa acrimonia sua peculiari in vasis renalibus spasmum inducit, & orgasmus sanguinis in febre nimius plethoram generat ad volumen, unde vasa secretoria in renibus coarctata, vel compressa, ulteriorem transitum negant; vel impetu facto, nimis dilatata una cum urina & sanguinem transmittunt; vel sanguis, dissoluta sua crasi, per vias secretorias effluit.

Eruptio. Cur materia variolosa semper cutem petat, & cur non aeque per alia colatoria, renes, alvum, quae alias e ducunt, eliminari possit sufficiente copia, latet; nisi hunc effe ctum tribuere velimus naturae hujus virus peculiari, hanc par tem semper adficientis, petentis. Eruptio vero in cute secun dum statas peragitur leges, cujus rei caussam forte inveni mus in textura & sensilitate cutis diversis in locis diversa atque majori vel minori partis a corde distantia. Tenerior, rarior, sensilior faciei cutis minus resistit ejectioni, facilius adficitur; hinc in hanc partem fit primus impetus, prae sertim quum cor recta & breviori via humores ad facien projicit; cutaneus vero habitus artuum densior, strictior fortius renitens eruptionem retardat, inprimis cum ob di stantiam a corde majorem minori vi humores adpellunt.

Symptomata tertii stadii. *Febris suppurativa* oritur omnino ab inflam matione & dolore & inde ratio reddi potest cur, quo numerosiores erumpunt variolae, eo certius & ci tius inducatur, magisque saeviat febris, quippe cujus vehe mentia videtur sequi efficaciam irritamenti.

Salivatio, quam pro nisu naturae reliquias veneni vario losi adhuc in humoribus haerentis, & nondum penitus pe eruptionem e corporis vasis per glandulas salivales ejecti quas prae caeteris partibus, & stimulo quasi ad has parte determinato adficit, expellendi habere, quid vetat?

Diarrhoea loco ptyalismi in infantibus. Ratio cur adul variolis confluentibus, & nonnumquam distinctis, laboran tes corripiantur *salivatione*, infantes vero loco hujus *diar rhoea*, videtur poni posse in eo, quod adulti salivam ube rius in os influentem exspuant, infantes vero inopes & qui agant nescii, quorum glandulae salivales forsan aeque miasmate varioloso adficiuntur, illam more suo deglutiunt quae tum copia, tum peculiari acrimonia intestinorum mo tum peristalticum accelerando, alui fluxum inducit. Ne repugno si quis hoc phaenomenon ex determinatione materia ad intestina in infantibus peculiari derivari velit; laxitaten etiam alui magis naturalem esse junioribus quam adultis consta

Cuti

Cutis tumet, *rubet*, *calet*, *dolet* ab aucta ſanguinis co-
ia & curſu, & inde oriunda tenſione, attritu.

Gutturis dolor ſupervenit ex inflammatione tonſillarum
liarumque glandularum ibi haerentium, ſive haec a variolis
as partes obſidentibus, ſive ab acri ſaliva hic depoſitâ,
xcreta, naſcatur. Deglutitio difficilis easdem quoque
gnoſcit cauſſas.

Reſpiratio difficilis ab inflammatione vel tumore fau-
ium, vel & a variolis dictas partes adficientibus, nares
tiam infeſtantibus, obturantibus ita, ut aëri liber tranſitus
d pulmones denegetur, & non niſi ore aperto, ſummaque
um moleſtia & labore inſpirare & exſpirare poſſit aeger.
unt qui negant partes internas a variolis obſideri, quibus
amen Cel. virorum MEADII, BOERHAAVII, &c. expe-
ientia refragatur, inter quos jure quodam ſuo pono Peri-
iſſimum Anatomicum JOANNEM HUNTERUM, qui num-
quam conjectura ductus, fidum naturae obſervatorem agens,
n cadavere hoc malo perempto invenit fauces, tracheam &
ulam copioſiſſimis variolis obſeſſas.

ymptomata uarti ſtadii. *Intumeſcentia manuum vultus detumeſcentiae*
ſuccedit. Hoc phaenomenon neutiquam, ut vulgo
redunt, dependere videtur a tranſlatione materiae morbificae
n has partes; ſed, ut opinor, potius a tardiore eruptione &
uppuratione variolarum in extremitatibus. Variolae obſer-
antur inflammari & ſuppurare eodem in ordine, quo erum-
unt, celerius igitur hic quoque ſuppurant, & ut in omni
nflammatione adeſt tumor, ſic etiam facies tumet, & ſub-
det peracta ſuppuratione. In extremitatibus ſerius erum-
unt variolae, & dum demum ſuppurare incipiunt, quum
 facie jam abſoluta eſt ſuppuratio; vigente vero inflamma-
ione & ſuppuratione in extremitatibus, creſcit etiam harum
artium tumor.

Metus ſuffocationis, qui ſaepe in confluentibus diem cir-
iter decimum aut undecimum ingruit, praeprimis tribuendus
ſt ſalivae & muco viſcido in glandulis faucium accumulato,
el & in ſuperficie tracheae, faucium tenaciſſime adhaeren-

 ti,

ti, aegre abstergendo, nec non tumori partium, jam ad summum evecto vastigium.

Febris putrida, secundaria dicta; pro sua caussa proxima ex amplissima totius corporis superficie copiosissime factam puris in sanguinem resorptionem agnoscit. Hoc enim pus per vasa lymphatica resorberi, sanguinique admiscer hodie post verae vasorum lymphaticorum originis & usus detectionem, qua *Britannia* jure meritoque superbit, & quae aeque ac Harvaei inventum statuam mereretur aeneam, dubitat nemo; sanguini vero permistum systemati circulatoric stimulum adplicat intolerabilem, & tanquam fermentum scpticum cum sanguine oberrans non potest non citissime putredinem universalem & destructionem plenariam inducere Pro diversa vero hujus labis depositione in hanc vel illam partem varia insequi symptomata, cuilibet patet.

DIAGNOSIS.

Proximum est dicere de mali nostri diagnosi, ubi duo maxime nobis agenda, scilicet signa, quibus variolas imminente ominamur, & quibus earum praesentiam noscimus, evovenda sunt. Ultimum facilius, prius difficilius peragitu Stadium variolarum, quod contagii vocant, & quod febrem eruptivam complectitur, habet quidem sua, quibus stipatu symptomata, quibus tamen aegre ab aliorum morborum praesertim febrium continuarum, initiis distinguitur, quod cuilibet signa eruptionem antecurrentia supra memrata perfunctorie tantum consideranti patebit, nisi atroce & horrendum capitis, & lumborum dolorem, gravita artuum & reliquis phaenomenis febrilibus comitatum, p signis pathognomonicis variolarum invadentium habere v lit. Ex symptomatibus sane his & aliis antea recensit praesentibus in subjectis morbo varioloso nondum desectis, collatis cum constitutione epidemica variolosa n ta, & suspicione contagii ex commercio suscepti, imm nentes variolas utcumque augurari possumus. Motibus

br

ilibus puerorum variolas nondum expertorum ſupervenien-
s convulſiones, quas nonnulli tanquam certiſſimum morbi
oſtri inſtantis ſignum laudant (x), tunc demum mihi lo-
um habere videtur, quum certus eſt medicus, eas neque ex
entitione difficili, neque ex vermibus ortas ſaevire. Prae-
ntes vero variolas cognoſcere artificioſo ſcrutinio non eget,
mptomata enim cuilibet ſtadio propria, ſtata lege ſeſe
ccipientia, tutiſſima ſunt ſigna, quibus & praeſentiam, &
adium morbi, & ejus varias ſpecies dignoſcere valemus.
uum vero phaenomena ad ſua quaeque ſtadia relata ante
uratius expoſui, operoſae repetitioni ſuperſedere licebit.
ranſeo igitur ad mali praeſagia.

PROGNOSIS.

Eventus morbi praedictio, ſi umquam in morbo difficilis
t, ſane in variolis difficultate premitur non minima. Ver-
tiſſimi etiam in arte medica viri malunt hic cohibere gradum
: nihil determinare, quam ob ſubitiſſimas, quibus morbus
epe ſubjectus eſt, mutationes in tenebris illidere. Sympto-
atum enim diverſiſſimorum, bonorum malis mixtorum,
opia, multiformis quem induunt habitus, varia aegrotantis
onſtitutio & ſexcenta aliae conditiones, quae in malo hoc
ommutando, levando, adgravando, quam plurimum
oſſunt, tot ac tantae ſunt, ut vix aliquid certi praeſagire
oſſimus. Unicam & tutiſſimam cynoſuram hic eſſe expe-
entiam clinicam, nemo dubitat, quae vero, quum exigua
t in me tirone medico, judicio multo rerum uſu ſubacto
ondum valente, licebit obſervatis aliorum uti, & quae
uctores de hoc morbo adnotarunt ſtrictim enumerare. No-
emus primo quaedam in univerſum.

Prae-

(x) SYDENHAM p. 132. 133. 589.

Praedictio in universum. Variolae quo citius in hieme adparent, eo violentiores; quo serius, eo mitiores observantur. Quae in summo aestatis aestu se manifestant periculosiores; quae vero tempore vernali, mitiores & salutiferae sunt (*y*). Benignius & tutius in infantibus & feminis, quam in adultis & viris suum cursum absoluunt variolae (*z*). Corpora dura robusta, mobiliori elatere praedita, in inflammationes proniora, severius adficit morbus variolosus (*a*). Gravius decumbere cacochymia, phthisi, lue venerea, scorbuto laborantia, vigiliis nimiis, crapulis, venere, exhausta corpora, vetus quidem est adnotatio (*b*), non tamen constanti experientia confirmata (*c*). Symptomata, quamvis dura, modo molimen naturae ostendunt, non semper malum portendunt (*d*).

Stadium primum. Sed & stadia consideranda sunt, quae ad praesagiendum eventum bonum, malum varia phaenomena suppeditant. Quo brevior status contagii, & quo saeveriora sunt symptomata, quibus stipatur, eo periculosiora symptomata in sequentibus stadiis exspectanda sunt (*e*). Mictus eruentus, haemoptysis, si hoc tempore adparent, certam mortem praenunciant (*f*).

Secundum. Quo lentius erumpunt, nisi hoc ob vires prostratas contingat, & quo magis in ordine naturali, eo benigniores; quo maturius vero, impetuosius & magis inaequaliter, eo pejores sunt (*g*). Quo pauciores, magis separatae, praesertim in facie erumpunt, eo benigniores; graviores contra

(*y*) Boerhaave Praxis med. T. V. p. 299. Morton p. 79.
(*z*) Sydenham p. 356. Lieutaud. Precis de la med. p. 608.
(*a*) Morton p 78.
(*b*) Idem p 78. 79.
(*c*) Rutherford Praelect. clin.
(*d*) Morton. p. 82.
(*e*) Riverius Aper. p. 550.
(*f*) Sydenh. p 160
(*g*) Boerhaave Aph. 1398.

ı, quo plures & magis intricatae praeprimis in facie (fallime enim confluunt), etiamsi in reliquo corporis ambitu rent pauciores (*h*). Variolae nares, fauces, aliasque rtes interiores obsidentes multo periculosiores sunt, quam illenae in locis externis haerentes, ob summum dolorem perpetuum in deglutitione & respiratione impedimenm (*i*); hinc quoque non raro improvisa morte intериunt (*k*). Si post eruptionem symptomata febrilia remitnt & cessant, bonum; si vero non placantur & perseveıt, malum (*l*). Convulsiones eruptionem consequentes ssimi sunt ominis (*m*).

rtium. Variolae primum rubrae, dein albae & tanm flavae (*n*), molles, distinctae, fastigiatae (*o*), s blandum perfectum continentes, cum spatio inter pulas tenso, dolente, rubente & colore rosas Damascenas mulante, bonae habentur (*p*); sed quae durae, depres:, ichore varie colorato plenae, cum interstitiis expallentibus, vel variis maculis notatis, malae sunt (*q*). Saatio subito suppressa, difficultas spirandi, deliria, phreis, mictus cruentus, alvi fluxus cum torminibus, faeces, nae foetidae, nigrae, sudor colliquativus, periculum summ, imo mortem praesagiunt (*r*). Turgor artuum & :ici in stadio suppurationis exspectandus, si plane non adret, aut justo citius evanescit, periculum ostendit (*s*).

Quar-

h) Sydenh. p 355.
i) Idem p. 137. 122.
k) Huxham p. 141.
l) Mead de Var cap. III. p. 38.
m) Lieutaud. p. 608.
n) Sydenh. p. 141.
o) Riverius l c.
p) Sydenh. o. 134. Boerhaave l. c.
q) Lieutaud. l. c.
r) Idem.
s) Juncker Conspect med. pract. p. 624.

Quartum. Intumescentia manuum, confidente interim facie, boni sunt ominis (*t*); contrarium vero, mali (*u*). Ingruente ultimo stadio subita vultus detumescentia, salivationis recessio, pustularum flacciditas, interstitia pallida, lurida, gangraenosa, infaustum praenuntiant eventum (*v*). Febris putrida, jam superveniens plerumque letalis existit (*x*). Depositiones ad partes internas periculo non carent, & rarius medelam admittunt (*y*).

METHODUS MEDENDI.

Optabilior omnino foret indicatio, & prima quidem, virus variolosum in corpus receptum remedio ei opposito seu antidoto subigere, illudque iners reddere, ut tollatur stadium primum, ulteriorque morbi progressus avertatur. Sed incassus fuit adhuc omnis labor, nec quidquam hac virtute praeditum suppeditavit ars, hinc nihil restat, quam idoneis remediis quantum fieri potest allaborare, ut leviter in corpus agat, commodissime eliminetur & levissimis cum symptomatibus sua stadia percurrat morbus.

STADIUM PRIMUM.

Duae praesertim in hoc stadio dantur indicationes, nempe

I. *Febris in justo moderamine conservanda, ut legitima & matura sequatur crisis.* Hinc

α. *Febris nimis saeviens reprimenda est.* Arabes qui morbum hunc primi depinxerunt, in ejus curatione methodum adhibuerunt antiphlogisticam, quae mox ex usu ess

(*t*) HUXHAM p. 154.
(*u*) DE HAEN Ratio Medendi T. I. p. 79. edit. Leidens. SYDENHAM passim.
(*v*) HUXHAM. p 145.
(*x*) LIEUTAUD. l. c.
(*y*) LIEUTAUD l. c. p. 609.

ſe penitus deſiit, cum calidiſſimis remediis commutata, ɔnec SYDENHAM illam renovare adgreſſus pernicioſosɩe effectus promiſcui regiminis calidi recenſuit, methoɩmque antiphlogiſticam morbo varioloſo, ut plurimum ſe adaptiorem, docuit. Abſolvitur autem

a. *Venae ſectione*. Quotiescumque febris variolo- corpus robuſtum & vegetum invadit, inceditque cum mptomatibus inflammatoriis, utpote pulſu celeri, duro, rti; calore majori; ſiti ingente; oculorum rubore; reſpi- tione crebra, calida, difficili; delirio; phrenitide, ap- ime neceſſaria, ſtatimque celebranda eſt venae pertuſio. t enim in aliis febribus iisdem ſyptomatibus ſtipatis: ſic hic potentiſſimum motus febriles compeſcendi remedium iſtit. Creberrimo & quotidiano ex uſu conſtitit, quod, o magis furit febris eruptiva, eo diutius poſt eruptionem aneat, & magis confertae erumpant variolae, (ut in con- uentibus patet), & dein majori cum vitae periculo caetera rcurrat morbus ſtadia; e contrario, quo mitior incedit bris, quo magis intra limites ſubſiſtit, eo benignior mor- i indoles. Dum igitur V. S. vi febrem cohibendi & miti- ndi pollet, certe multo cum fructu in febre varioloſa ce- bretur, quotiescumque illam mitiorem optamus: metus nim eſt, ne in corporibus vegetis, & vino adſuetis ni- is ſaeviat, praecocemque inducat eruptionem. Pro ra- one febris, corporisque aegri non ſolum celebratur & re- etitur venae pertuſio; ſed etiam in diverſis corporis parti- us, prout indicant ſymptomata, inſtituitur. Arabes acri- r V. S. inſtiterunt, & in adultis ſanguinem ad animi de- quium detrahi juſſerunt, & forſan ex hac cauſſa rarius ad- arebat putrida illa febris, variolis confluentibus tam ſaepe pperveniens, & quam Rhazes, qui tam dilucide variola- um hiſtoriam & curationem tradidit in tractatu ſuo haud emoraſſe videtur.

b. *Leni alui ſolutione*. Tuto & utiliter hoc mor- i tempore ſubducatur alvus, ſi, ut adſolet, conſtipata vel ſcybalis durioribus clauſa ſit. Melius hoc peragitur le-

D 2 niſſi-

nissimis laxantibus, quam fortioribus. Hujus farinae sun lenia catharctica ut manna, cremor tartari, sal Glauber cathar. Prae primis vero clysmata emollientia refrigerantia, quae sine ulla corporis perturbatione & defatigatione leniter alvum subducunt, & faeces eluunt. Catharctica fortiora minime adhibenda sunt, quamvis enim alvum depleant & scybala dura eliciant, febrim tamen intendunt alvum saepe nimis subducunt, aegrumque debilitant.

c. *Potu tenui acidulo.* Nolo hic verbosius excurrere in rationes, cur diluentia, acidula febris vim nimiam infringant, quippe quae in vulgus nota, recensione non egent.

d. *Libero aëris temperati per cubiculum circuitu & modice corpus tegendo.* Vigente febre maxime calet corpus, crebrius per pulmones fluit sanguis, & aeger avidissime aëris temperati refrigerium optat. At si aër non renovatur, incalescit & ipse, calorem minuere & gratissimum sanguini refrigerium praebere nequit, respirationem reddit difficiliorem & hinc aegro perniciosus evadit. Renovatio itaque aëris, rationi tempestatis anni semper accommodata, pernecessaria, & non minus ad orgasmum sanguis refraenandum conferre videtur, quam V. S. multaque alia; mire aegros refocillat, molestias plurimas praecavet, tollit. Aeque noxium est, dum nimia urget febris, dumque illa compescendi, debitosque intra limites continendi animus est, ingenti stragulorum oneri aegrum obruere, quam in aëre calido suffocare. Nimia stragula temperati aëris refrigerium a corpore calente arcent, calorem quoque augent, profusosque sudores semper evitandos, & mala inde pendentia inducunt. Ab his oriri observantur insomnia, delirium, mictus suppressus (*z*), cruentus (*a*), maculae purpureae eruptio praematura, & ista quidem e confluentium gener

SYDE-

(*z*) MEAD cap. III. de Variolis. DE HAEN rat. med. ca III.

(*a*) SYDENHAM p. 150. 167. 359.

YDENHAMUS (*b*) saepe vidisse testatur, ubi in juniobus & temperamento sanguineo praeditis hoc regimine & rdiacis impedita & perturbata fuerat eruptio, latentibus itra cutem pustulis, neque sese ultra efferentibus, quibusmque demum cardiacis sollicitarentur; sed sanguine ad oderatum debitumque motum redacto, dempta parte straulorum, quibus torrebatur, facile exibant pustulae & in tum collocabatur aeger. Quum mala haec symptomata : variolas confluentes ex congestis stragulis & calore aëris epius nasci observaverat SYDENHAMUS, lectum ante uartum diem aegrum adire non concessit, sed modo in ubiculi ambitu detinuit, & hoc maxime vegetioribus injunit aestivo tempore. Quodsi vero ob aegritudinis vehemenam, vel anni tempus frigidius decumbendi aderat necessis, non pluribus stragulis, quam tali tempestate solitis tegi egrum sivit, & aër conclavis ut temperatus sit semper cuivit, modico igne accenso, ne aegrotans ex frigore quid etrimenti caperet. Pulcherrimae regulae, quas de aëre & ecubitu in morbis acutis dedit DE HAEN, in febre tiam variolosa sedulo observandae & adhibendae sunt. Quanti vero referat, ut in hoc stadio placide decurrat & llo moderamine teneatur febris, facile omnibus ex eo pa... quod ab ejus tenore totus morbi futurus pendeat evenus. Nec nimis cauti & seduli esse possumus, ut in debito radu febris haec conservetur, & ut evitentur, omnia quaeumque eam aequabiliter & rite decurrentem intendunt vel erturbant.

β. *Segnior atque depressa excitanda, instauranda est.* Quanquam methodus antiphlogistica plurimum valeat & ptime conueniat curationi morbi variolosi, ubi corpora roulta & vegeta invadit, inflammatoriisque stipatur symptoatibus, attamen hujus effectus, ut aliorum remediorum, elativi tantum sunt ad corporis conditiones sub quibus adibentur; hinc ut discrepant corporis conditiones, sic etiam reme-

(*b*) Pag. 149.

remediorum effectus. Abſonum itaque foret nulla habita ratione corporis aegri & morbi indolis methodo antiphlogiſticae pertinaciter inſiſtere; ubi nulla hujus eſt indicatio. Contingit enim aliquando in morbo varioloſo, ut non ſolum non requiratur, ſed prorſus nocitura ſit haec methodus, & altera plane contraria potius indicetur, quae loco ſanguinis miſſionis & circuitum humorum impetuoſiorem compeſcentium jubet excitantia adplicare. Non enim ſemper adeſt diatheſis inflammatoria in corpore, quod invadit morbus varioloſus, nec ſemper febris inflammatoriam aemulat, ut in corporibus debilibus, languidis & terrore morbi percitis obſervamus, in quibus circulatio potius torpere, videtur. His vero vultus eſt pallidus, depreſſus, languor & debilitas ſumma; pulſus parvus, debilis & frequens, tremulus undoſus; calor exiguus; ſitis vix ulla; urina cruda, tenuis, aquoſa, febris per ſeptem octo dies protrahitur, & terminatur tandem in eruptionem variolarum ſibi implicitarum, difficulter ſuppurantium. Sic ſe habente morbo varioloſo laborantibus venae pertuſionem mortem accelerare obſervat HUXHAM (*c*). Ipſe SYDENHAM, qui a promiſcuo cardiacorum uſu abhorruit, his tamen dedit locum, quo cum fructu adhibeantur, & in indicatione hujus morbi ſtatuit, ut ne nimis torpido motu remoretur eruptio. Ubi ergo in debilibus langueret febris, & vires videantur impares ad criſin perficiendam moderatus concedatur uſus remediorum, quae naturae ſuppetias ferunt, vires erigunt, torporem diſcutiunt, ut plenaria fiat eruptio. Ad hunc ſcopum obtinendum adhibeantur medicamenta cardiaca dicta, ex quibus maxime laudatur vinum, aqua dilutum, dein etiam in uſum vocentur ſtimulantia, veſicantia aliaque. Sed probe cavendum eſt, ne in his nimii ſimus, ſed ut cum circumſpectione, & non ultra quam finis requirit, adhibeantur.

γ. Febris juſto tenore decurrens, ſuſtentanda, conſervanda eſt. Ubi febris eruptiva nec languet, nec nimis urget ſe-

(*c*) L. c. p. 141.

ed intra justos sese cohibet limites & felicem maturamque promittit crisin, nihil medico restare videtur, quam ut desideratissimum hunc & aequabilem conservet tenorem, sollicite cavendo, ab omnibus, quae vel febrim intendere vel minuere valeant. Nullum itaque cardiacum vel oppositae lassis remedium adhibeat, sed temperatum tantum aëra & otum diluentem concedat, & si opus sit enemate blando lvum eluat. Caeterum tota res naturae comittatur, quae t observat SYDENHAMUS sibi permissa negotium suo tempore exsequitur, materiamque debito ordine ac via tum ecernit, tum etiam expellit, ut nostra ope, nostris artificiis atque auxiliis non indigeat; suis viribus optime instructa; suis opibus locuples; suo denique ingenio satis docta.

Ex his disputatis facile patet quantum errant illi, qui creunt hunc morbum semper curari posse vel antiphlogistica, el calida methodo sola, quarum unam aut alteram, quaecumque sit rerum facies, nulla habita ratione utrum subsit nflammatoria diathesis, an contraria; utrum febris justo teore vigeat, nec ne, constanter, indesinenter adhibent, umdem quasi semper calcantes viam, & parum memores, uod praestantissima artis nostrae remedia intempestive adhibita noceant, & ex errore in hoc morbi tempore commiso jacta sit vitae & necis alea, qua vivit, aut moritur aeger, el difficillime, etiam summa artis peritia, in sequentibus adiis conservatur.

II. *Symptomata urgentia mitiganda sunt.* Symptomata uae tam saeva, ut a vita vel aegri patientia ferri non posnt, sunt praep r mis

α. Nausea & vomitus. Haud leves inter medicos gitantur lites utrum in febre variolosa prosint, an noceant, omitoria; & utrum admitti, an rejici oporteat emeticorum usus. BOERHAVIUS a SYDENHAMO, quem de hoc orbo decies legi merentem laudavit, in usu vomitoriorum ssentire videtur, nullam enim horum in curatione mentionem fecit. Et etiam DE HAEN ex variolarum therapia eme-

emetica exſulari juſſit. Quum nauſea & vomitus in febre varioloſa ſolemnes ſunt, & originem ſuam a miaſmatis varioloſi natura, in principio morbi ventriculum & quasdam alias partes ſtimulo ad has partes determinato adficientis, & ad eruptionem usque manentis, repetunt, vel ut ratiocinatur DE HAEN: *illa in vomitum propenſio non magis emetico, quam ſine eo ante eruptionem papularum tollitur:* emetica indicari non videntur. Et hoc eo magis, quod jam auctus ſanguinis per vaſa circuitus dato emetico concitatior reddatur & ſic aptior fiat ad plures pejoresque variolas producendas. Deinde ex magno & violento inter vomendum concuſſu majori vi & copia ad tenerrima encephali vaſa adfertur, illaque nimis diſtendit ſanguis, & rupturam vaſorum, delirium, apoplexiam, vel ſaeviſſimam phrenitidem inducit, quae maxime timenda ſunt in robuſtis & plethoricis. Hinc emeticorum uſus periculo carere non videtur. Sed tamen non negandum eſt, quod aliquando indicentur, & prudenter adhibita uſum habeant, nempe ubi nauſea & vomitus augentur a ſordibus in ventriculo congeſtis, quod omnino interdum contingit. Crebri enim a ſordibus excitati conatus febrim intendunt, facileque diarrhoeam inducunt, majoresque minantur turbas, quam lenis vomitorii exhibitio, quod ter quaterve movens, quoad maximam partem cauſſam tollit & anxietatem. Cel. etiam HUXHAM (*d*) multum laudat emetica ad eruptionem adjuvandam in corporibus debilibus, ubi ultra tempus ſolitum remoratur, & intra cutim latent, nec commode prorumpunt puſtulae. Res igitur ita ſeſe habere videtur, quod licet emetica non requirantur ad compeſcendam frequentem & quaſi naturalem ad vomendum propenſionem, tamen in quibusdam caſibus (*e*), ubi nempe indicia adſunt hanc potiſſi-

(*d*) L. c. p. 142.

(*e*) Vomitus vomitu curatur, ſi una cum fomitu eluitur illud quod vomitum fecit. HIPPOCRATES de locis in homine cap. XV. MEAD. cap. III. MORTON. p. 96.

ſſimum oriri & augeri a ſordibus in ventriculo haerentibus
uſum vocari poſſunt, adhibita ſimul circumſpectione in
orporibus robuſtis & plethoricis ut V. S. praecaveantur
ala, quae violentos vomendi motus ſequuntur, ut opti-
e monuere SYDENHAM & HUXHAM. Hauſtum ſali-
um RIVERII ad compeſcendam nauſeam commendat
IEADIUS.

β. *Gutturis dolor.* Hic oſtendit partes deglutitioni
ſervientes eſſe inflammatas, & variolarum in illis eruptio-
em minitatur. Ad tollendum hoc periculoſum ſymptoma
udantur epiſpaſtica (*f*) nuchae, pone aures, & ſub ma-
lla inferiori adplicata.

γ. *Urinae ſuppreſſio.* Ut haec avertatur SYDEN-
AM aegrum e lecto ſurgere juſſit, quod praeſtantius re-
edium, quam omnia alia diuretica eſſe cenſuit. Sed
uum juſtus metus frigoris ſuſcipiendi ſubſit, & imminen-
eruptione, aut fervente ſuppuratione lectum relinquere
ericulo non careat (*g*), tutius hoc ſymptoma clysmati-
us (*h*) & diureticis oppugnatur.

δ. *Mictus cruentus*, cujus medela tentanda eſt Tinct.
oſar. acido vitrioli, potu miſtis; vel & ſero lactis alumi-
oſo.

ε. *Convulſiones & inſultus epileptici.* Ad hos motus
regulares compeſcendos adhibeantur medicamenta anti-
paſmodica dicta, nempe rad. Valer. Silveſtr. Caſtor, ſal.
lcal. vol. camphora, moſchus, veſicatoria, in adultis
V. S., ſed omnibus his praefert pediluvium doctiſſimus Prae-
eptor noſter WHYTT (*i*), quod hinc etiam in curatione
ariolarum non ſolum ob virtutem has turbas placandi, ſed
tiam propter alios effectus, quos praeſtare videtur, ſcili-
cet moleſtiſſima & periculoſiſſima ſymptomata ut deliria,
phre-

(*f*) HUXHAM l. c. p. 140. 141. WHYTT Praelect. clinicis.
(*g*) HOFMANN l. c. & Diſſ. de Situ erecto in morbis periculoſis valde noxio.
(*h*) MEAD. l. c.
(*i*) De Morbis nervoſis p. 459. & Praelect.

phrenitides &c. mitigandi, tollendi, motusque febriles sopiendi vim habet. Non solum autem haec symptomata curat pediluvium, sed etiam variolarum eruptioni favet, cutem relaxando, emolliendo, ut faciliori negotio peragatur materiae morbificae in cutem depositio. Deinde pediluvium non immerito laudari videtur ad alium effectum praestandum, scilicet ad numerum variolarum diminuendum in facie (*k*). Et certe si consideramus pediluvii effectus cum istis comparatos, qui occurrunt in eruptione variolarum virtus haec a pediluvio non est aliena. Variolae observantur crebrius & citius erumpere, quo tenuior est cutis, & quo celerius per vasa minima fluit sanguis, ut in facie: & rarius & tardius in locis, in quibus lentius movetur sanguis & major est resistentia a cutis crassitudine, ut extremitatibus, pedum plantis, manuumque volis. Idem patet in infantibus (*l*) quibus est cutis contracta ob lavationem frigidam contra rachitidem. Balneum cutim emollit, relaxat hinc dum pedes balneo immerguntur eorum cutis atque vasa cutanea mollescunt, & sic ablata resistentia, facilius major copia & impetu in his partibus fluit sanguis, & facilior contingit eruptio. Quotiescumque etiam pediluvium adhibetur numerosiores sunt in pedibus variolae (*m*). Hinc eruptionem promovet, renixum vasorum cutaneorum minuendo infringendo, & materiae variolosae in cutem depositionem faciliorem reddit, & sic quoque a partibus internis & capite humorum impetum revellere, & ad externas & inferiores derivare videtur pediluvium. Haec paediluviorum utilitas jam Arabum temporibus innotuit, qui ad hunc finem obtinendum vaporibus utebantur. Confirmatur haec veterum praxis etiam nostris temporibus. Russorum gens ex patrio more cellas caldarias qualibet septimana saltem semel ingreditur, in quibus corpus denudatum calidissimis vaporibus, lapides candentes aqua conspergendo excitatis, per horam

saep

(*k*) Huxham p. 137.
(*l*) Idem p. 138.
(*m*) Idem p. 137.

epe exponunt, & ſic univerſum habitum cutaneum molunt, poros adaperiunt. In easdem quoque aegros ſuos anſportant & balneo tali Laconico probe macerant. Et perientia, ut DE HAEN (*n*) adnotavit, docuit in horum rporibus balneo laxatis benigniſſime deſervere variolas.

Fomenta non tam tuta & commoda ſunt, quam pedilu-ı, quia cito calorem amittunt, frequentiori renovatione ent, lectum humectant, & aegro periculum a frigore cepto intentant.

STADIUM SECUNDUM.

In hoc medici prudentis eſt eruptioni favere & ſuppetias re, ubi a quacumque cauſſa impeditur, nec ex optato ccedit, atque praecavere, ne nimima fiat in capite & in-ioribus. His indicationibus optime ſatisfit pediluvio, antum hoc cutem emollit, laxat, impetum humorum a pite & interioribus avertit, ad peripheriam rapit. Ubi regimen calidius intempeſtive adhibitum, vel ob violen-n febris, nimiamque plethoram pro votis non contingit ıptio, haec adjuvatur & promovetur aëra temperatum nciliando, venam pertundendo; quin ubi ob nimium ium defectum, vel ante morbum contractum, vel ex guinis miſſione minus opportune celebrata ortum, retar-ur, medicamentis cardiacis & veſicantibus provocetur.

STADIUM TERTIUM.

Stadium ſuppurationis non raro multa ſiſtit ſymptomata mala & infortunia, hinc variae in variis erunt indicatio-, ita ut perdifficile ſit minute & exquiſite exponere, id in quolibet morbi genere ſit agendum. Sufficiat ita-e ob anguſtos diſſertationes limites generales tantum ſup-litare indicationes, quae duae ſunt, videlicet

I. Pu-

n, Rat. Medendi P. X. 288.

I. *Pustularum suppuratio sustinenda, promovenda est.* Ubi partes tument, rubent, pustulae attolluntur, & suppurare ex votis incipiunt sine ullis molestis symptomatibus, nihil opus est, quam ut optabilis haec rerum conditio conservetur, adjuvetur potu multo, diluente, blando, farinoso, aëre temperato, puro, saepius renovato, qui hac morbi periodo propter effluvia putrida ex pustulis emissa saltem aeque, quam in prioribus necessarius est; sed tamen ita concesso, ne aeger ex refrigerio imprudenter admisso materiam in cute depositam retroagente, quid detrimenti capiat: & tandem evitatis omnibus, quae suppuratoriam augent febrem, vel pustularum suppurationem impediunt.

Quum post eruptionem vires vitae languent & impares perficiendae suppurationi videntur, non tument, rubent interstitia, pustulae haud elevantur, vires erigendae, instaurandae & excitandae sunt, analepticis, vinosis, vesicantibus. Ubi suppuratio jam incepta male dein procedit pustulae depressae, flaccidae, rubro margine destitutae deveniunt, pus haud laudabile, sed aquosum continent, ut in crystallinis &c. fit, iisdem etiam medicamentis vires dejectae reficiendae sunt. Hac etiam occasione (*o*), ne non in aliis morbi circumstantiis (*p*) ex auctoritate C practicorum cortex Peruv. in usum vocari potest.

In cruentis variolis potentissima esse remedia spiritum vitrioli & corticem Peruv. omnemque in his curae spem esse positam, adseverat MEADIUS.

Maculis purpureis ab aëre calido oriundis medemur, e observatione SYDENHAMI (*q*), aëre temperato, levioribus tegumentis ac medicamentis diluentibus. Ubi variolae cum maculis purpureis mistae sunt, languentque vires vitae cardiaca, vinosa, & corticem Peruv. cum acido vitriolico m rum in modum extollit MEADIUS, cujus optimos effectu con

(*o*) HUXHAM l. c. p. 153. MONRO Medic. Essays vol. V. p. 68
(*p*) DE HAEN Rat. Med. T. I. p. 99.
(*q*) P. 160. & 541.

confirmarunt HUXHAM (*r*), MONRO (*s*), STORCK (*t*). Cortex adhibeatur vel per os, vel per anum clysmatum forma injiciatur, id quod maxime in infantibus usu venit. Sapientissime vero jam monuit HUXHAM (*u*), ut abstineatur a cortice, quum dyspnœa laborat aeger, constitit enim experientia eum respirationem reddere difficiliorem, hinc aegrum in periculum suffocationis inducere posse.

Quod si contingeret, ut post eruptionem vehementior accendatur febris, superveniente etiam delirio, his obviam eundum est sanguinis detractione vel venam pertundendo in brachio, vel hirudines adplicando. Multus est, & sane non sine gravissima ratione, in laudibus pediluvii ad refrenandum delirium Celeberrimus WHYTT (*v*), qui multa narrat exempla praestantissimi effectus pediluvii in febribus delirio comitatis, & tandem ita concludit: *Loco multorum exemplorum, quae adhuc addere possem, tantummodo observabo, me plures aegros, qui in majus videbantur esse adducti discrimen, in deliriis febrilibus facilius servasse pediluviis calidis, quam ullo alio remedio. Et etiam in talibus casibus in quibus horum adplicatione curam perfectam obtinere non potui fere tamen semper praesentissimum adferebant levamen, reddendo aegrum tranquilliorem, eumque ad somnum disponendo. Pediluvia calida singulari ratione prosunt, in febribus, ubi encephalum vel nervi magis sunt irritati. In inflammatione oculorum melius intentioni satisfaciunt, si ante pediluvia hirudines regionibus temporalibus adplicantur. Si vero aeger in situ erecto pediluvium ferre nequit, jubeo ut pedes a latere lecti tantum foras efferantur, quantum requiritur, ut in aquam immergi possint. Calor tamen pediluvii non sit infra gradum* 100 *thermometri Farenheitiani.*

II.

(*r*) L. c. p. 152.
(*s*) Med. Essays vol. V. p. 87.
(*t*) Annus Secund. p. 159. & 162.
(*u*) De Variolis p. 153.
(*v*) De Morbis nervos p. 446 — 459.

II. *Symptomata, quae conditionem aegrotantis magis aerumnosam & periculosam reddunt compescenda, corrigenda aut tollenda sunt.* Ad dolorem pustularum mulcendum & febrem suppuratoriam domandam maxime laudatur opium, cujus usus magis necessarius est; quum variolae numerosae sunt, & corpora juniora infestant, quae aegerrime hunc dolorem ferunt. Dandum vero est opium maturius & quidem vesperi, primum parva, dein aucta dosi & repetita secundum aegri tranquillitatem. Sed animadvertendum tamen est, quod licet optime inserviat opium dolori inflammatorio mulcendo, rapidoque sanguinis motui reprimendo (*x*), quidam tamen ejus effectus, & aegrotantis circumstantiae, interdum illius usui obstare, vel saltem, ut cum cautione adhibeatur, requirunt. Sic salivam viscidiorem reddere ejusque secretionem cohibere opium (*y*), experientia docuit, hinc resistit ptyalismo, praecipue sub fine hujus stadii, quo sponte saliva devenit viscidior, & major est metus suffocationis a viscidirate ex duplici ratione aucta. Deinde papaveris succus etiam respirationem adgravat, hinc MEADIUS (*z*) & HUXHAM (*a*) ejus usum suspendere suadent, ubi spiritus est difficultas.

Ad tumorem faucium minuendum, salivae viscidirarem corrigendam extus cataplasmata, intus gargarismata emollientia leniter resolventia, abstergentia adhibeantur.

Constipationi alui ab opio inductae obviam imus clysmate emolliente quotidie vel alternis diebus injecto.

STA-

(*x*) SYDENHAM, BOERHAAVE, HARRIS, ETMULLER, HOFMANN, WHYTT, ALSTON.
(*y*) YOUNG de Opio §. 3. HUXHAM p. 149.
(*z*) De Variolis cap. III.
(*a*) L. c. p. 149. WERLHOF de Variol. & anthracibus p. 96.

STADIUM QUARTUM.

Quae hic medico agenda sunt sequentibus absolvuntur indicationibus.

I. *Exsiccatio promovenda & raptus materiae ad interiora praecavendus.* Ut remedium huic fini obtinendo adaequatum Cel. DE HAEN laudat pustularum apertionem, & puris in illis stabulantis cum spongiis lacte calido madefactis abstersionem (*b*). Idem commendat HUXHAM in lymphaticis, vel ubi per plures confluunt & vesiculam latam formant (*c*). Quod vero opus nonnullis taedio plenum vitium est. Fomentationes, cataplasmata, immediate ante vulnus subsidentiam extremitatibus adplicare suaserunt alii (*d*). Cuilibet integrum erit eligendi remedium, quod magis arridet, modo conditionibus praesentibus convenientissimum sit.

II. *Reliquiae virus variolosi, quae forte remanserint, expellendae sunt.* Exsiccatione peracta huc egregie faciunt purgantia leniter roborantia, tertio quoque die, quater vel quinquies propinanda, immo levia diuretica, aliaque in similibus conditionibus proficua.

III. *Symptomata urgentia mitiganda sunt.* Infaustissimi plerumque ominis in hoc stadio symptoma est febris putrida, quae curanda est remediis efficacissimis, tempestive adhibitis; adcurate prius indagata morbi indole priva, & symptomatum concomitantium genio probe pensitato, V. S., epispasticis, aluum leniter ducentibus, cardiacis, acidis, diureticis.

Haec igitur sunt, quae de variolis dicenda habui. Fateor multa, immo plurima momenta, expendenda superesse,

(*b*) L. c. T. I. p.
(*c*) L. c. p 149.
(*d*) BAGLIVIUS de Variolis. HUXHAM p. 155.

esse, quae pro dignitate disputare, nec dissertationis limites, nec ingenii vires, quas sentio, quam sint in me exiguae, permittunt. B. L. hos juveniles conatus, quos non scribendi impetus, sed sancta Academiae Lugduno-Batavae lex extorsit, ut aequi, bonique consulat, rogo.

F I N I S.

